881
T6.Ygos

F. GOSLINGS.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN THUCYDIDEM.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN THUCYDIDEM.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN THUCYDIDEM.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

A. HEYNSIUS,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET IN FACULTATE MED. PROF. ORD.,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

In Academia Lugduno-Batava

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

FRANS GOSLINGS,

HARLINGANUS,

DIE XIV MENSIS MARTII A. MDCCCLXXIV, HORA II—III.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD FRATRES VAN DER HOEK.

EX TYPOGRAPHEO I. C. DRABBE.

MATRI DILECTISSIMAE.

881
TG. Y905
Classics

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN THUCYDIDEM.

Quanti hodie veterum lexicographorum opera aestimentur, postquam accurata fontium e quibus hauserint indagatione apparuit multa ex doctissimorum grammaticorum operibus in iis servari, quae magno cum damno literarum olim periisse existimabantur, nemo est qui ignoret. Nam ex quo superiore seculo Valckenaerius et Ruhnkenius horum studiorum signum sustulerant et in doctissimis disputationibus ostenderant quem usum illi libri haberent ad veteres scriptores emendandos et in integrum restituendos, certatim viri docti, indefessa diligentia materiam undecunque colligentes singulorum grammaticorum memoriam instaurare conati sunt. Aristarchi, Aristophanis Byzantini, Aristonici, Didymi aliorum studia

commentariis illustrata sunt. Hesychii, Diogeniani, Photii fontes investigati, Aelii Dionysii, Pausaniae, Boethi lexica e tenebris in lucem protracta sunt. Tamen multa agenda supersunt, nam ut in lexicis sic in Scholiis plurima quantivis pretii fragmenta latent, obscurata densa multitudine futilium et absurdarum adnotationum quae profectae ab imperitis lectoribus prorsus indignae sunt quae in nostris editionibus typis exprimantur. Elaborarunt quidem nonnulli in Scholiis ad Homerum, Aristophanem, Platonem sed plurima adhuc intacta iacent.

Haec mecum reputans operae pretium mihi videbar facturus si demonstrarem quid in Scholiis ad Thucydidem bonum atque a bona manu profectum inesset et sic Thucydidis studiosos liberarem ceteris omnibus, quae nihil aliud efficiunt quam ut cum nausea ac taedio librum de manu deponamus et ne bonis quidem utamur, quae licet pauca sint, in iis tamen inveniuntur. Optime enim huc illud Martialis convenit:

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura.

Si ulla est Scholiorum collectio quae nos contemnere doceat et grammaticos qui sic explicabant et lectores qui talia docendi erant, haec est. Sed ne inique videar iudicare promam quaedam exempla quae satis, spero, ostendent verum esse quod dixi. Evolve mecum librum et lege quae adnotata sunt

ad haec verba Libri I. c. 2. τὴν γοῦν Ἀττικὴν .... ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. Schol. οἱ αὐτοὶ τῷ γένει δηλονότι· οὐ γὰρ ἦσαν ἀθάνατοι. Nunc demum intelligimus quid Thucydides voluerit. Eiusdem libri capite 10. Thucydides sic: πεποίηκε γὰρ (ὁ Ὅμηρος) χιλίων καὶ διακοσίων νεῶν, τὰς μὲν Βοιωτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν, τὰς δὲ Φιλοκτήτου πεντήκοντα, δηλῶν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τὰς μεγίστας καὶ τὰς ἐλαχίστας. Scholiasta ad haec: τὰς μὲν Βοιωτῶν· τὰς μεγάλας. τὰς δὲ Φιλοκτήτου· τὰς μικράς. Lib. I. 23. προέγραψα explicatur μετ' ὀλίγον ἔγραψα. II. 13. docemur τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια idem esse ac ἐννεακισχίλια ἑπτακόσια. III. 24. in fine Thucydides postquam narravit ex Plataeensibus qui Lacedaemoniorum munitiones transcendere conati essent nonnullos in urbem rediisse, alios post varios casus tandem salvos Athenas pervenisse sic perorat: οἱ μὲν δὴ τῶν Πλαταιῶν ἄνδρες οὕτως ὑπερβάντες ἐσώθησαν. Scholiasta alias res agens adnotat: ζῶντες ἐφυλάχθησαν. L. VI. 30. explicatur obscurus sane locus ὡς ἤδη ἔμελλον μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολιπεῖν his verbis: οἵ τε ἀπιόντες δηλονότι τοὺς μένοντας καὶ οἱ μένοντες ἐκείνους. Cf. quae nugatur Scholiasta ad VII. 81. καὶ κατὰ τάχος διώκοντες ᾗ οὐ χαλεπῶς ᾐσθάνοντο κεχωρηκότας. ἤτοι τὸ οὐ χαλεπῶς τῷ ἔγνωσαν συντακτέον ἵνα ᾖ, ῥᾳδίως ἔμαθον αὐτοὺς ᾗ κεχωρήκεσαν· ἢ τῷ κεχωρηκότας ἵνα σημαίνῃ ᾗ ἐδόκουν αὐτοῖς εὐκόλως καὶ ῥᾳδίως κεχωρηκέναι

οἱ Ἀθηναῖοι. Addere possem si opus esset complura alia sed unusquisque statim, ubi librum evolverit inveniet puerilia qualia sunt V. 50. χίλιοι ἑκατέρων· δισχίλιοι. VIII. 2. μηδετέρων· ἤγουν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. VIII. 5. ἀμφοτέρων· ἤγουν τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων VIII. 15. τῷ Πειραιῷ· τῆς Κορινθίας quasi quisquam vel mediocriter rudimentorum linguae graecae peritus talia monendus esset! Scatet huiusmodi adnotationibus tota farrago, unaquaque pagina explicatur qui sint αὐτοὶ qui οἱ δὲ, apponitur ad verbum quid sit subiectum aut obiectum et alia adnotantur de quibus vel apud minus attentum lectorem nullum dubium oriri possit, videlicet a ludimagistris in usum discipulorum explicandi causa supra lineam adscripta. Plurima huius generis irrepserunt in contextum et Thucydidem tam misere interpolatum reddiderunt qualem nunc habemus. Neque hoc recentioribus demum temporibus factum esse sed iam multis saeculis abhinc haec interpretamenta pro ipsius historici verbis haberi coepta esse, Scholiastae verba probant quae leguntur ad I. 144. τοῖς Λακεδαιμονίοις· οἶμαι τὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἁμάρτημα τοῦ γραφέως, ἐνθέντος τῷ κειμένῳ, ὅπερ ἦν ἑρμηνεία τοῦ σφίσι, ἔξωθέν τινι πρότερον ἐπιτεθεῖσα. Rectissime sine dubio; sed frustra admonuit nam ad hunc diem legitur in libris editis quod iam ante hos sexcentos annos eiiciendum censuit ignotus quidam sed elegans grammati-

cus, qui nondum omnia librariorum additamenta concoquere didicerat et talia quia rariora erant minus facile cum silentio praeteribat. Est hoc unum ex ingenti copia emblematum quae, licet defendere se invicem videantur tamen summo iure expunguntur a nonnullis viris doctis quidquid contra dicunt alii nimis anxii, Thucydidi propriam dicendi elegantiam et „sublimitatem" tolli, in unumquemque scriptorem sic saeviri posse clamantes. In illis qui magis quam ceteri Thucydidem in integrum restituere et ab aliena manu adpictis liberare conati sunt ante omnes nominandi sunt Cobetus et Herwerdenus viri clarissimi, qui quae in hoc genere observaverunt publici iuris fecerunt hic in libro cui titulus: Studia Thucydidea, ille in Mnem. XI. p. 217 seq. et nuperrime in Var. Lect. ed. secunda p. 428 seq. Quaedam exempla ex uberrima copia delibabo (nam omnia describere longum est) quae si quis cum scholiis composuerit, statim unde originem duxerint sentiet. Herwerdenus delevit in verbis I. 3. *Ἕλληνος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελίᾳ* pronomen *αὐτούς*. I. 4. *τὴν βασιλείαν Ἀτρέα παραλαβεῖν* nomen proprium ob antecedens *αὐτόν* otiosum. I. 18. *ἔπειτα δὲ διενεχθέντες οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι* nominativos delet Cobetus. I. 119. *τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐκράτουν τῆς Αἰγύπτου Ἀθηναῖοι.* Ultimum vocabulum delet Herwerdenus. Saepissime nominibus geographicis adhaesit explicatio

v. c. III. 24. *οἱ* (*ἐν τῇ Σικελίᾳ*) [1]) *Συρακόσιοι*. III. 24. *Ῥηγίου* (*ἀκρωτηρίου τῆς' Ιταλίας*) cf. Schol. ad VI. 44. III. 25. I. 47. *ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς* (*τῷ ἀκρωτηρίῳ*) IV. 90. *Δήλιον ἐτείχιζε τρόπῳ τοιῷδε* (*τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος*) III. 116. *ἐπὶ δὲ τῇ Αἴτνῃ* (*τῷ ὄρει*) *οἰκοῦσιν ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὄρος*. Diversi generis sunt interpolationes quales hae sunt: I. 63. *ἠπόρησε ὁποτέρωσε* (*ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν*). Otiosa et male graeca; cf. Herw. p. 13. I. 72. *τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους* (*ὧν αἱ πόλεις ἐνεκάλουν*) I. 10. *καὶ τῶν ἔξω* (*ξυμμάχων*) *πολλῶν*. Talia supplere solebant scholiastae cf. VIII. 5. *ὃς βασιλεῖ Δαρείῳ τῷ Ἀρταξέρξου στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω* ad quae Scholiasta *τῶν κάτω· ἐπαρχιῶν*. Interpolatorem mihi deprendere videor VIII. 6. *ξυνέπρασσε γὰρ αὐτοῖς καὶ Ἀλκιβιάδης, Ἐνδίῳ ἐφορεύοντι πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν, ὅθεν καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν* (*κατὰ τὴν ξενίαν*) *ἔσχεν*. Sollemnis fere est interpolatio post *μᾶλλον* cuius generis Cobetus nonnulla exempla indicavit I. 13. I. 34. I. 140. alia, cf. Stud. Thuc. 5 et post *ἔστησαν τροπαῖον* I. 105. II. 92. Sed iam satis est; finem faciam in duobus emblematis indicandis quae mirum est tam diu ferri potuisse, quia scholiasta iisdem verbis utitur, non facturus, si ipse Thucydides explicasset. Alterum V. 83. *αὐτόθεν ἐκ τοῦ Ἄργους*

---

[1]) Delenda sunt quae uncinis inclusi.

cf. Cobet. V. L. 457. alterum II. 55. *μέχρι Λαυρίου (οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις)* ex Scholiasta qui adnotat *Λαύριον ὄρος ἐν τῇ Ἀττικῇ οὗ μέταλλα ἀργύρεια.*

Sed ut redeam unde digressus sum, illa Scholia nullius pretii quamvis novissimus editor melius omisisset quodammodo ferenda sunt; nihil enim nocent; sed multa insunt perspicue falsa, non tantum ea quae corrupta lectione deceptus commentator adnotavit sed quae aut ignorantiam linguae graecae aut antiquitatum arguunt aut palam faciunt, eum oblitum eorum quae superioribus libris legisset nullam historiae rationem habuisse; qualia sunt quae adscripta sunt ad II. 15. Enumeratis omnibus rebus pretiosis quae in acropoli ad ultimum civitatis periculum reservarentur addit Thucydides: *οὐκ ἐλάσσονος ἢ πεντακοσίων ταλάντων.* Hic Scholiasta *τὸ ἢ περιττόν*, falsum, nam Genetivus in talibus non nisi pro *ἢ* cum Nominativo aut Accusativo ponitur. I. 25. narrat Corinthios Epidamniis auxilium promisisse adversus Corcyraeos, *ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι. ὄντες ἄποικοι* Scholiasta explicat *ἤγουν πέμψαντες τὴν ἀποικίαν.* Lib. II. 15. ad verba *καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου* Scholia *Λίμναι τόπος ἐν τῇ ἀκροπόλει* quum ex ipso loco contra appareat. V. 28. *ἐκκαρπωσάμενοι· τοὺς καρποὺς καὶ τὰς προσόδους λαβόντες ἀπὸ γῆς ἀκεραίου διὰ τὸ μὴ πολεμεῖν.* Male: *ἐκκαρποῦσθαι* nihil aliud signi-

ficat nisi "fructum ex aliqua re percipere," quae verbi significatio huic quoque loco optime convenit. Argivi enim "Sic Th. omnibus rebus optime se habebant quia cum Atheniensibus bellum non gesserant sed utrisque amici inde fructus perceperant." Lib. VI. 24. *τοὐναντίον περιέστη αὐτῷ* explicatur his verbis: *οἱ ἐναντίοι παρεγένοντο αὐτῷ συγκαταίροντες.* Errat Scholiasta; nam significant haec: res praeter opinionem cecidit. His exemplis satis demonstrasse mihi videor, his Scholiis cautissime utendum esse et errores omnis generis in iis contineri, qui satis probent auctores nulla linguae scientia instructos nec antiquitatis studio praeparatos opus aggressos esse cui minime erant pares.

Non praetereundi sunt hoc loco enstatici qui non solum in Homero ingenium exercuerunt sed ne a Thucydide quidem manus abstinuerunt. Proponuntur interdum quaestiones difficillimae ut V. 3. *ἐχώρει πρὸς τὴν πόλιν* et V. 60. *ἕως ἔτι ἦν ἀθρόον ἐν Νεμέᾳ* et passim. Animi causa unam et quidem ex ipsius Scholiastae sententia frigidam apponam, ut luculento exemplo ostendam ad quam absurdas nugas illi homines aberrarint. Legitur ad IV. 135: *ἀποροῦσί τινες ψυχρὰν ἀπορίαν, διὰ τί Θουκυδίδης ἔχων τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ θ', η' συνεγράψατο ἱστορίας, ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔχων ἀπὸ τοῦ η' ἔλιπε θ'.* et inveniebantur qui tales *ἀπορίας* solverent: audiamus reliqua: *ὧν ἡ λύσις ψυχροτέρα, ὅτι ἐπειδή, φασίν, ἀπὸ τοῦ η' ἕως τοῦ ρ, θ' στοιχεῖα*

εἰσιν, ἀπὸ δὲ τοῦ θ' ἕως τοῦ ο' ὀκτὼ εἰσι· τὸ πρῶτον ἐνταῦθα τοῦ ὀνόματος γράμμα ἀριθμήσαντες καὶ τὸ ὕστερον. καὶ δῆλον ἐκ τῆς διαφωνίας τῶν κριτικῶν· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν διεῖλον εἰς ὀκτώ, οἱ δὲ εἰς ιγ', τὴν πρώτην εἰς β' καὶ τὰς ἄλλας ἑπτὰ εἰς ια'.

Sed ut dixi insunt quoque multa bona profecta a viris qui assiduo veterum scriptorum studio atticae dialecti rationem probe perspectam habebant et quid Thucydidis proprium esset accurate observaverant, quae quia magni pretii habenda sunt infra conabor singula auctori reddere; prius tamen breviter recensebo grammaticos qui testimonio veterum Thucydidi operam dederunt. Quorum numerum si comparamus cum ingenti multitudine eorum, qui in Homerum, tragicos et comicos studia contulerunt parvus est; quae res ex ipsa operis Thucydidei natura explicanda videtur; difficultas eius enim non posita est in vocabulis priscis et inusitatis quae apud Homerum et poetas scenicos tam frequentia occurrunt sed tota est in peculiari et ipsi propria sententiarum constructione quae quem admodum saepissime recentiores commentatores fefellit iam veteres vexavit. Non igitur mirandum est veteres grammaticos Alexandrinos parum operae dedisse Thucydidi et rarissime tantum in eorum commentariis testimonium ei denuntiari. Unicus locus occurrit Aristophanis Byzantii Thucydidem laudantis in explicanda significatione verbi ἀμύνεσθαι vid. Eust. 546. 27; diligen-

tissime contra legitur ab Atticistis, in quibus ante omnes nominandi sunt Aelius Dionysius et Pausanias (de quibus infra videbimus ut et de Didymo) ex quorum operibus plurima ad Thucydidem pertinentia sumpserunt minores, qui dicuntur grammatici. Ceteri, qui teste Suida commentarios in Thucydidis historias scripserunt, sunt hi: Didymus Claudius, quem M. Schmidt non diversum a Didymo Heraclidis filio putat (Didymi Chalc. fragm. p. 3) scripsit *περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ*. Evagoras Lindius historiarum scriptor, conscripsit librum *τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν*. Hero Cotyos Atheniensis, rhetor quem Suidas narrat scripsisse *ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον Ξενοφῶντα Θουκυδίδην*, et Tiberius quidam in cuius scriptis laudatur liber *περὶ Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου*, qui omnes quo tempore aut ubi vixerint ignoramus neque ex eorum libris quidquam aetatem tulit nisi forte in Scholiis fragmenta sine nomine circumferuntur. Imperante Hadriano Sabinus *σοφιστὴς ἔγραψε . . . εἰς Θουκυδίδην καὶ Ἀκουσίλαον καὶ ἄλλους ὑπομνήματα καὶ ἕτερά τινα ἐξηγητικά*. Quem Suidas memorat Numenium qui *ὑποθέσεις τῶν Θουκυδίδου καὶ Δημοσθένους* scripsit, male a Poppone recensetur inter grammaticos nam fuit rhetor et *ὑποθέσεις τῶν Θουκυδίδου* sunt argumenta desumta ex Thucydidis historiis de quibus in scholis rhetoricis declamationes haberentur. Praeterea nominatim laudantur in

Scholiis Antyllus, Asclepiades, Phoebammon, Acusilaus, Choeroboscus, Orus et Herodianus de quibus infra dicendi locus erit. Non praetereundus est Dionysius Halicarnassensis qui scripsit librum περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων quem Scholiasta saepe in suum usum adhibuit, quod paucis exemplis probabo: I. 23. ἀναγκάσαι εἰς τὸ πολεμεῖν. τὰ ὀνόματα ῥήματα ἐποίησε. βούλεται γὰρ δηλοῦν ὅτι μεγάλοι γενόμενοι οἱ Ἀθηναῖοι ἀνάγκην παρέσχον ἐς τὸ πολεμεῖν. convenit cum Dionysii H. de Thucyd. Idiomatis 769. 41. Cum I. 41. παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν· τὸ παραινεῖν καὶ ἀξιοῦν ῥήματα ὄντα ὀνοματικῶς προήνεγκεν compone quae leguntur Ibid. 795. 13. I. 2. ἐπιμιγνύντες II. 35. ἀπιστοῦσιν II. 97. κατὰ τὸ δύνασθαι consentiunt cum D. H. 797. 5. 798. 12 et 799. 8.

DE DIDYMO.

Didymus de quo hoc capite acturi sumus, est nobilis ille grammaticus Alexandrinus, de quo Suidas in voce haec tradit: Δίδυμος, Διδύμου ταριχοπώλου γραμματικὸς Ἀριστάρχειος Ἀλεξανδρεὺς γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος καὶ ἕως Αὐγούστου, χαλκέντερος κληθεὶς διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονήν· φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ τρισχίλια καὶ πεν-

τακόσια βιβλία. Exilis est haec sane notitia de vita et operibus illius eruditissimi viri et iure accusaremus fatum invidum si nos paucis hisce contentos esse iussisset; sed bono casu factum est ut sat multa fragmenta ex eius commentariis ad nos pervenerint et ipsi iudicare possimus quo iure ille χαλκέντερος et grammaticorum eruditissimus (Macrob. Saturn. V. 18) appellatus sit. Grammatici enim fere omnes quorum opera aetatem tulerunt, pendent a Didymo; in Hesychii lexicon multa ex illius thesauris recepta sunt per Diogenianum, in Photii per Aelium Dionysium et Pausaniam quibus ipsis aditus ad Diogenianum patebat, Athenaeus multa servavit ex lexico quod Pamphilus confecerat adhibitis Didymi λέξεσιν et compluribus aliis, in Scholiis denique multa circumferuntur, omisso quidem auctoris nomine sed ob egregiam doctrinam qua commendantur sine dubio illi reddenda.

Ante hos viginti annos M. Schmidt vir doctissimus in unum congessit et edidit quaecunque Didymea undique corradere potuit et in initio illius libri enumeravit Didymi commentarios et libros qui nomine auctoris apposito laudantur, numero quinquaginta duo, in qua serie recensentur commentarii in principes, ne dicam omnes, poetas epicos, tragicos, comicos et oratores qui hodie exstant et praeterea multa „opuscula grammatica et quaedam historiam fabularem, antiquitates, Literarum historiam spec-

tantia" quae hic describere longum est; si cui inspiciendi animus est evolvat M. Schmidt, Didymi fragmenta p. 11. Soli historici et philosophi desiderantur; neque Herodoti vel Thucydidis neque Platonis vel Aristotelis nomen comparet. Exstant quidem fragmenta vitae Thucydidis a Didymo conscriptae sed haec unica opera videtur quam historicorum principi impendit. Sic Schmidtius quoque Ritterum secutus iudicat nam appositis Ritteri verbis in Didym. opusc. pag. 7 (Schmidt pag. 333) „Didymi commentarios in Thucydidem nusquam relatos legimus; etiam in Scholiis Thucydideis nullum Didymi vestigium conspicitur dum aliorum eius interpretum mentio iniicitur ut Antylli, Asclepiadis Phoebammonis" sic pergit: Ammonius tamen de diff. p. 131. eiusdem commentarios in Thucydidem novisse videri potest cum dicit *„συμμαχεῖν καὶ ἐπιμαχεῖν διαφέρει. συμμαχεῖν μὲν γὰρ λέγουσι τὸ σὺν ἑαυτοῖς φησὶ Δίδυμος εἴτε αὐτοὶ ἐπίοιεν πολεμίοις εἴθ' ἕτεροι ἐπιστρατεύοιεν, ἐπιμαχεῖν δὲ ὅταν τοὺς ἐπιόντας ἀμύνωνται μόνον. διέσταλκε Θουκυδίδης ἐν τῇ πρώτῃ λέγων·* Κερ*κυραίοις* 'Α*θηναίους συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι ἐπιμαχίαν δέ* (I. 44)." Itaque Schmidtius ipse quaestionem non attigit. Mihi autem Scholia attente legenti atque relegenti, et comparanti cum aliorum grammaticorum glossis ut si fieri ullo modo posset fontes ex quibus Scholiastae hausissent indagarem quaedam se obtulerunt quae licet non adscriptum esset

auctoris nomen tamen sine dubio Didymo tribuenda videbantur. Utrum tamen ex commentario in Thucydidem manaverint necne, affirmare non ausim nec quicquam facit ad rem. Qua ratione in indagando glossarum auctore versatus sim breviter dicam. Naberus vir. cl. et M. Schmidt cognationem ut ita dicam grammaticorum diligenter tractaverunt hic in libro de Fragmentis Didymi et in Quaestionibus Hesychianis, ille in Prolegomenis ad Photii lexicon; multis exemplis ostenderunt magnam copiam doctrinae Didymeae inesse in lexicis, quae hodie circumferuntur sub nomine Hesychii et Photii. Illi tamen non Didymum ipsum integrum manibus triverunt et in sua lexica transfuderunt sed Diogenianum qui totus pendebat ex Didymo; Didymi enim lexica, comicum et tragicum nactus Pamphilus quem toties laudatum invenimus ab Athenaeo, excerpserat et in breviorem formam redegerat, adiectis complurium aliorum operibus, ut Artemidori, Hermonactis, Theodori, Apionis, Diodori aliorum quorum numerum facile est augere instituta comparatione Hesychii et Athenaei; Pamphilum excerpserat Vestinus, Vestinum Diogenianus. Haec Diogeniani epitome ab Hesychio, ut ipse fatetur in epistola ad Eulogium, in unum conflata est cum Boethi et aliorum glossis et in Photium quoque transmigravit; qui tamen hoc factum sit inter Naberum et Schmidtium dissensio est. Naberus indicat Photio Diogenianum ipsum ad

manus non fuisse sed tantum cognitum fuisse per Aelium Dionysium, cuius *Ἀττικὰ ὀνόματα* in suam rem adhibuit et fortasse per Pausaniam, Schmidtius contra (pag. 83 Fragm. Didymi) Photium Diogenianum ipsum adiisse et praeterea nonnulla Didymea per Aelium Dionysium et Pausaniam, quibus aditus ad ipsa Didymi scrinia pateret. Mihi quidem Naberi opinio potior esse videtur, ob ea quae disputat vir cl. Proleg. ad Phot. p. 8 et 26 seq. Utut est, consensus Photii et Hesychii, si excipimus glossas Platonicas quae fere omnes in utroque originem debent Boetho, nos ducit ad Diogenianum communem fontem quem plurima Didymea in lexicon recepisse supra vidimus. Percurram nunc Scholia et dabo locos, qui mihi haud absque veri similitudine e Didymi copiis fluxisse videntur.

I. 6. *χρυσῶν τεττίγων· ἐνήλλαξε τὴν πτῶσιν ἀντὶ τοῦ χρυσοῦς τέττιγας. ἐφόρουν δὲ τέττιγας διὰ τὸ μουσικὸν ἢ διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι· καὶ γὰρ τὸ ζῷον γηγενές.*

Antequam ad cetera transeo, primum observandum est male scholiasten *ἐναλλαγήν* notare, credo quia *χρυσῶν τεττίγων* a *φοροῦντες* pendere existimabat. Videamus nunc quid Photius in voce *τεττιγοφόροι* tradat: *τεττιγφόροι οἱ Ἀθηναῖοι· τέττιγας γὰρ ἐφόρουν χρυσοῦς σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι. Θουκυδίδης α′.* Hesychius *τεττιγοφόροι ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἠρημένων* (?) *χρυσοῦς τέττιγας.* Hi duo

videntur mihi ex eodem fonte hausisse nempe e Diogeniano qui Hesychio ipse ad manus erat, Photio vero non nisi ex Aelio Dionysio cognitus. Eustathius 395. 34 *οἱ δὲ ὕστερον εὐγενεῖς Ἀθηναῖοι πραγματικῶς ἐσέμνυνον ἑαυτοὺς τεττιγοφόροι ὄντες. τέττιγας γὰρ ὡς καὶ Θουκυδίδης φησὶ ἐφόρουν εἰς σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι* ad verbum consentit cum Photio et sumsit ergo sua ex Aelii Dionysii lexico quod saepius auctoris nomine apposito laudat. Quod rarissime accidit, Suidas qui Photium descripsit hoc loco copiosior; addit enim: *ἢ ὅτι μουσικοὶ, μουσικὸς γὰρ ὁ τέττιξ. γηγενεῖς δὲ διότι καὶ Ἐρεχθεὺς ὁ οἰκιστὴς τῶν Ἀθηνῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἐτέχθη.* quae descripsi ut in scholio nostro emendarem *μουσικοί* pro *μουσικόν*; itaque legatur: *ἐφόρουν δὲ τέττιγας διὰ τὸ μουσικοὶ ἢ διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι*, cf. Schol. Aristoph. Nub 980, 984.

I. 6. *κρωβύλος ἐν ἕρσει.*

A. *ἐν ἕρσει ἢ ἐν εἰςέρσει ἢ ἐν πλοκῇ. κρωβύλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον. ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρωβύλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων σκόρπιος.*

B. *κρωβύλον· ἐμπλοκὴ ἀπὸ τοῦ μετώπου ἐπὶ κορυφὴν ἀνηγμένη.*

C. *ὃν οἱ ἐπίσημοι ἐφόρουν Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔμπροσθεν ἐγκαθήμενον ὡς δ' ἄλλοι ἐπὶ τῆς τραχήλου. σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι.*

Statim inter legendum oritur suspicio haec omnia

ex eodem fluxisse quem praecedentis scholii auctorem esse vidimus. Confirmabit suspicionem comparatio grammaticorum; cum Schol. A consentit Photius in voce *κρωβύλος*. Didymo haec omnia deberi etiam verisimilius reddit Harpocration in voce *κρωβύλος* cf. Naber Proleg. § 12.

I. 132. *παιδικά· τὸ παιδικά ὀξυτόνως οὐδέτερον πληθυντικόν. τοῦτο δέ τινες ἐπὶ ἀγαθοῦ ἔρωτος, τινὲς δὲ ἐπὶ αἰσχροῦ λαμβάνουσι.*

ἄλλως. παιδικὰ ἀντὶ τοῦ ἐρώμενος ᾧ ἐθάῤῥει. τοῦτο γὰρ τὸ πιστότατος ὤν.

Evolvamus Photium, apud quem legimus in voce *παιδικά* doctissimam disputationem *παιδικά: ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις. παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀῤῥένων τάττεσθαι πολλά. καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δ' ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτω ἐξείληπται· ἐπιδόντων γάρ τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν φησὶν ὁ Φοίνιξ· Παπαῖ τὰ παίδιχ' ὡς ὁρᾷς ἀπώλεσας. καὶ Κρατῖνος Πανόπταις· Μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπῃ νῦν. Ὅτι δὲ ἐκάλουν οὕτως καὶ τὰ πρὸς τὰς γυναῖκας Εὔπολις· Φησὶ γὰρ ὡς πρὸς αὐλητρίδα τις· Ἐγὼ δὲ χαίρω πρός γε τοῖς σοῖς παιδικοῖς. καὶ Κρατῖνος δὲ Ὥραις τῆς παλλακῆς ἀποδημοῦντος τοῦ Διονύσου ἐρώσης φησὶν ἐπ' αὐτοῦ· μακάριος τῶν παιδικῶν. Οὐχὶ δὲ μόνον οἱ ἐρώμενοι καλοῦνται τῷ ὀνόματι ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ σπουδαζόμενοι πάνυ· κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπ' ἐκείνων· Πλάτων Φαίδρῳ· ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι σου τῶν*

παιδικῶν ἐπελαβόμην ἐρεσχηλήσων σε· λέγεται δὲ παιδικὸν καὶ τὸ παιδαριῶδες οἷον τὸ ἁρμόζον παιδί. ἡ δὲ λέξις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν ἀσελγῶς ἐρωμένων. Glossam Platonicam esse docuit Cobetus Mnem. IX. 429; adsentitur Naberus collatis quae Schol. Plat. Parm. 127. B. dat; et in Proleg. ad Phot. pag. 66 dicit: „Eam descriptam esse e Didymi commentariis facile intelligimus; nam quis post eum Eupolidem atque Cratinum ea cura et diligentia lectitavit? Nemo opinor. Boethi ipsius nihil est praeter quam quod in fine addidit Platonis locum qui ei adnotandi causa erat. Sed vis aliud argumentum extrinsecus ductum. Inspice Schol. Arist. Vesp. 1021: invenies eundem locum mutilum truncatum neque pes neque caput constat sed agnosces lexicon comicum." Nihil habeo quod addam; quae dicit V. Cl. de Schol. Arist. eadem referri possunt ad nostrum qui cum illo ad verbum convenit.

I. 56. *ὁμήρους*· τοὺς ἕνεκα εἰρήνης διδομένους εἰς ἐνέχυρα.

I. 82. *ὅμηρον*· ἐνέχυρον τὸ ὑπὲρ εἰρήνης παρεχόμενον παρὰ τὸ ὁμοῦ εἴρειν.

Similia Hesychius et Photius servarunt; cf. Harp. i. v. ὁμηρεῦσαι et Schol. Arist. Acharn. 327.

II. 49. *καρδίαν*· ὅτι καρδίαν οἱ ἀρχαῖοι τὸν στόμαχόν φασι καὶ καρδιωγμὸν τὸν πόνον τοῦ στομάχου.

Componamus cum hoc Scholio ea quae Photius in voce καρδιώττειν servavit: καρδιώττειν τὴν καρδίαν

ἀλγεῖν. Σικελιῶται· ὃ ἡμεῖς βουλιμιᾶν. Ἀπολλόδωρος ἐν ς' περὶ Ἐπιχάρμου τοὺς Σικελιώτας φησὶ τὸ τὸν στόμαχον ἐπιδάκνεσθαι ὑπὸ λιμοῦ καρδιώττειν λέγειν, ὅπερ βουλιμιᾶν λέγει Ξενοφῶν· καὶ εὐκάρδια οἱ πολλοὶ τὰ εὐστόμαχα λέγουσιν. Hoc ex Aelii Dionysii lexico in Photium fluxisse extra omne dubium ponunt Eust. 813. 14 et 1508. 52. Sed mentio Apollodori facit ut credam Dionysium in his Diogenianum secutum esse, qui illum per Didymum noverat. Fuit ille Apollodorus, a patria Athenis Atheniensis cognominatus, discipulus Aristarchi, iam apud aequales ob variam et solidam doctrinam clarus. Ex eius operibus ad nos pervenit Βιβλιοθήκη, tribus libris fabulas mythologicas continens secundum cyclicos et logographos. Cetera tantum non omnia perierunt; fragmenta quaedam servata sunt ab Athenaeo et aliis. Didymum eius operibus usum esse indicat alter locus in Photii lexico in voce λεπασταί· κύλικές τινες οὕτως ἐκαλοῦντο. Κρατῖνος. Sine dubio per Aelium Dionysium ex Didymi lexico comico derivatum. Cum his compone quae Athenaeus VI. 485 *d.* servavit et mecum credo facies, asserente ea quae Photius in voce καρδιώττειν adnotat et Scholiastae nostri doctrinam ex Didymo sumta esse.

II. 49. πελιδνός· πελιδνόν ἐστι τὸ μετέχον ὠχρότητος καὶ μελανίας οἱονεὶ μολιβοειδές.

Didymus huius quoque adnotationis mihi auctor esse videtur, quod perspicue demonstrare conabor.

Legitur in Photii lexico glossa duplex: *πελιδνός·* *μέλαν λέγεται καὶ πελιτνόν παρὰ Θουκυδίδῃ.* et paullo infra *πελιτνόν· Θουκυδίδης διὰ τοῦ τ.* Unusquisque qui morem Aelii Dionysii cognorit statim sentiet haec ex eius *Ἀττικοῖς ὀνόμασι* desumta esse, hoc ex minore editione, illud ex maiore, et Eustathius 735. 56 diserte confirmat: *ἡ δὲ τοῦ δ καὶ τοῦ τ συγγένεια δηλοῦται καὶ ... διὰ τοῦ πελιδνοῦ. αὐτὸ γὰρ καὶ πελιτνὸν διὰ τοῦ τ παρὰ Θουκυδίδῃ εὕρηται, ὡς καὶ Αἴλιος Διονύσιος παρασημειοῦται.* In minore editione igitur tradiderat, quod ipse de huius vocabuli forma apud Thucydidem observaverat, in maiore significationem addiderat quam aliunde petiverat. Sed unde? ex Diogeniano. Hesychius enim: *πελιδνόν· μολύβδῳ ἐοικὸς κατὰ τὴν χρόαν* et *μέλαν ὡς μόλυβδος ἢ ὕφαιμον.* Luculentum sane exemplum quantopere glossae mutilari et in brevissimam formam redigi soleant; ex optima interpretatione quae legebatur apud Diogenianum Dionysius pessimam facit, nam *πελιδνόν* non significat nigrum sed lividum, quo colore sunt *πελιώματα* i. e. *τὰ ἴχνη τῶν πληγῶν* Bekker Anecd. 293. 14. Consensus Hesychii et Scholiastae nullum dubium relinquere potest quin hic ex Diogeniano hauserit.

II. 62. *κηπίον· τινὲς κήπιον ἤτοι γήδιον. ἄλλοι δὲ τὸ κηπίον εἶδος κουρᾶς φασὶν οὕτως ὀνομαζομένης.*

Legitur apud Hesychium in voce *κῆπος· παράδεισος ἢ εἶδος κουρᾶς παρὰ Πέρσαις, ἣν οἱ θρυπτόμε-*

νοι ἐκείροντο ὡς ἐπίπαν ἐν μιᾷ μαχαίρᾳ. Καὶ τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν καὶ ζῷον ὅμοιον πιθήκῳ. Inveniuntur eadem in Photii lexico sed in tres glossas discissa:

κ ῆ π ο ς· κουρά τις ἐπὶ καλλωπισμῷ διαβαλλομένης.

κ ῆ π ο ς· γυναικὸς αἰδοῖον.

κ ῆ π ο ς καὶ παράδεισος ἀδιαφόρως παρ' αὐτοῖς λέγεται.

Unde in Photium devenerint docebit Eust. 907. 40. κῆπος γὰρ οὐ μόνον φυταλιὰ ἀλλὰ καὶ καλλωπισμὸς κόμης κατὰ Αἴλιον Διονύσιον καὶ κουρᾶς διάθεσις τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. Θουκυδίδης δὲ κηπίον φησίν. Dionysius ut saepius Didymum adierat et ipse χρῆσιν Thucydideam addiderat, quemadmodum eum in voce πελιτνόν fecisse vidimus. Didymum agnoscit in his etiam M. Schmidtius Fragm. Didymi p. 67; cf. de tonsurae genere Hemsterhusium ad Poll. IX. 13. glossam Hesychianam obiter sic emendantem: παράδεισος παρὰ Πέρσαις ἢ εἶδος κουρᾶς κ. τ. λ.

II. 83. π ο ρ θ μ ό ν· ἔστι δὲ πορθμὸς ἀμφίγειος θάλασσα.

I. 26, ἰ σ θ μ ό ς· γῆ ἀμφιθάλασσος.

Exilia fragmenta doctissimae adnotationis sine dubio ex Didymo oriundae. Photius i. v. π ο ρ θ μ ό ς· πέραμα, ἀμφίγειος θάλασσα· ἰσθμὸς γάρ ἐστι γῆ στενὴ ἑκατέρωθεν ἔχουσα θάλασσαν. πορθμὸς δὲ θάλασσα ὑπὸ γῆς περιεχομένη. Hesychius: ἰσθμίον περιτραχήλιον κόσμημα, περιστόμιον καὶ γῆς στενὰ

μεταξὺ δύο θαλασσῶν, ὅθεν λέγονται τὰ τοῦ ἀνθρώπου παρίσθμια μεταξὺ ὄντα κεφαλῆς καὶ κοιλίας, αὐχήν τε καὶ τράχηλος καὶ στενὸν χωρίον μεταξὺ δύο θαλασσῶν. et πορθμῷ διαπεράματι. Absque ullo dubio ex eodem fonte haec hausta sunt ex quo sumsit sua grammaticus Bekkeri, Anecd. 265. 27.

II. 93. ὑπηρέσιον· ὑπηρέσιόν ἐστι τὸ κῶας, ᾧ ἐπικάθηνται οἱ ἐρέσσοντες, διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς.

Haec est una ex paucis adnotatio, in qua Scholiasta meliorem et accuratiorem lectionem habet quam ceteri grammatici qui similia tradunt. Consensus Photii et Hesychii hic quoque verisimillimum reddit Didymum auctorem esse. Describam locos. Photius: ὑπηρέσιον· ὑπαγκώνιον τῶν ἐρετῶν ἤγουν κωπηλατῶν ἐφ' οὗ καθίζουσιν. Hesych. ὑπηρέσια· τῶν κωπηλατῶν δέρματά τινα ὡς προσκεφάλαια, ἐφ' ὧν καθίζουσιν. Omnia e Diogeniano a quo Eust. 1591. 39. quoque sua habet cf. Poll. I. 88. VI. 9. X. 40. et quae Photius et Hesychius adnotant in voce ποτίκρανον, omnia per Diogenianum e Didymo petita opinor.

IV. 10. ῥόθιον δέ ἐστιν ὁ ἦχος ὁ ἀπὸ τῆς εἰρεσίας.

Originem indicant Photius i. v. ῥόθιον· τὸ μετὰ ψόφου κῦμα ἢ ῥεῦμα. σημαίνει καὶ τὴν εἰρεσίαν καὶ ῥοθιάζειν τὸ ἐρέσσειν συντόνως. et Hesych. ῥόθιον ῥεῦμα κῦμα τὸ μετὰ ψόφου γενόμενον, et in voce ῥοθιάζειν ἐλαύνειν ἀπὸ τῆς ψόφου τῆς εἰρεσίας, οἱ δὲ τὴν ἀνακοπὴν τοῦ ὕδατος ῥόθον φασίν.

Ibidem. *ῥαχίαν*· ὅτι ῥαχία ἐστὶ πετρώδης τόπος περὶ ὃν περιῤῥήγνυται ἡ θάλασσα καὶ ὁ κλύδων καὶ ἡ θαλάσσης ὁρμή. ὅθεν καὶ τὸ ὀστῶδες τὸ νώτιον ῥάχις καλεῖται ὡς ἀπὸ τῆς ῥαχίας τῆς πέτρας.

Cf. Photium ῥαχίαν οἱ Ἀττικοὶ τὴν ἀκτὴν καὶ τὸν τόπον αὐτὸν ᾧ προςαράττει τὸ κῦμα. καὶ Θουκυδίδης οὕτως. οἱ δὲ Ἴωνες τὴν ἄμπωτιν καὶ τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης. Certo certius hoc per Aelium Dionysium in Photium manavit ut docet Eustathius, qui idem ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ se invenisse confitetur, quod forma prodit (τὰς δὲ ἀκτὰς καὶ ῥαχίας οἱ Ἀττικοὶ *καλοῦσι*) Aelii Dionysii fuisse. De constante huius verbi apud Ael. Dionysium usu cf. Cobet Mnem. X. 57. Aelium Dionysium ex Diogeniano hausisse apparet ex Hesychio qui pauca haec verba servavit ῥαχία πᾶς πετρώδης αἰγιαλός. Expressi glossae Photianae formam quae circumfertur in editionibus sed vetustissimo vitio laborat, (nam Bekkeri Anecd. 388. 8. conveniunt) quod sic sanavit Dobraeus: οἱ δὲ Ἴωνες τὴν πλήμην. ἄμπωτιν δὲ τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης.

IV. 12. *παρεξειρεσία*· παρεξειρεσία ἐστὶν ὁ ἔξω τῆς εἰρεσίας τῆς νεὼς τόπος· καθ᾽ ὃ μέρος οὐκέτι κώπαις κέχρηνται. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀκρότατον τῆς πρύμνης καὶ τῆς πρῴρας.

ἄλλως. παρεξειρεσίαν λέγει τὸ ἄκρον τῆς νηὸς τὸ ἔξωθεν τῶν ἑδωλίων καὶ τῶν καθεδρῶν ἐφ᾽ αἷς καθέζονται οἱ ἐρέσσοντες.

Pleniora haec sunt quam quae Hesychius et Photius ex eodem fonte servaverunt, hic *παρεξειρεσίαν τὸ ἔξω τῶν ἐρεσσόντων· ἐν δ' Θουκυδίδης* (agnoscis Aelii Dionysii manum) ille *παρεξειρέσιον· τὸ κατὰ τὴν πρῷραν πρὸ τῶν κωπῶν. ὡσεὶ λέγοι τις παρὲξ τῆς εἰρεσίας.*

IV. 48. *ἐς τὰς σφαγάς· ἤγουν ἐς τὸ μέρος τοῦ σώματος ἔνθα σφάττονται τὰ ζῷα. σφαγὴν καλοῦσι τὸ κατὰ τὴν κλεῖδα τοῦ ἀνθρώπου μέρος, δι' οὗ καθιᾶσι τὰ σιδήρια οἱ θέλοντες ἑαυτοὺς ἀνελεῖν.*

Forma prodit Aelium Dionysium; hic tamen e Diogeniano profecit ut Photius et Hesychius comparati docebunt. Phot. *σφαγὰς κατακλεῖδας Θουκυδίδης.* Hesych. *σφαγὴ ἡ κατὰ τὴν κατακλεῖδα τόπος.* Indidem sua habet Pollux II. 133.

IV. 97. *ὁμωχέτας· ὁμωχέται οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν ναῶν καὶ τῶν ἱερῶν.*

Photius in voce *ὁμωχέτας· Θουκυδίδης τοὺς συννάους θεοὺς καὶ ὁμωροφίους. Βοιωτικὴ δὲ ἡ λέξις.* Hesych. *οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν σπονδῶν ἢ ὁμοβώμιοι καὶ ὁμόναοι.* Vides quid sequatur.

VII. 41. *ἔπειτα αὐτοὺς αἱ κεραῖαι. ἐκ τῶν κεραιῶν δελφῖνες ἦσαν ἠρτημένοι μολίβδινοι ὥστε ἐμβάλλεσθαι ταῖς προσπλεούσαις πολεμίαις ναυσίν, οἳ ἐμπίπτοντες αὐταῖς διέκοπτον τοὔδαφος αὐτῶν καὶ κατέδυον.*

Docet Eust. 1221. 25. extitisse in Pausaniae lexico doctissimam de hac machina disputationem. Legun-

tur apud Eust. haec: ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ τῷ Παυσανίᾳ φέρεται δελφὶς ὄργανον πολεμιστήριον πρὸς ναυμαχίαν, ὅθεν καὶ δελφινοφόρος ναῦς παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ δελφῖνα δὲ ναῦταί φασιν ὃς πρὸς ἱστοῖς ἐκρέματο τοῖς μὲν σιδηροῦς τοῖς δὲ μολυβδοῦς, καταράκτης εἰς τὰ λῃστρικὰ πλοῖα. μνεία δὲ τοῦ τοιούτου δελφῖνος καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ καὶ ἑτέροις. ἀλλαχοῦ δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ γράφει ὁ ῥηθεὶς ὅτι ὁ δελφὶς ὁ καλούμενος κερκέτης ἐστὶ μηχάνημα σιδηροῦν ὃ ἐξαρτᾶται τῆς νεὼς ὅταν ᾖ ἄνεμος πρὸς τὸ ἀντέχειν, ἄλλοι δέ φασιν ὄργανον μολυβδοῦν πρὸς ναυμαχίαν. Componamus quae Hesychius servavit in voce δελφῖνες· πολεμιστήριον μηχάνημα ἐν ναυμαχίαις καὶ ἡ ἔχουσα αὐτὸ δελφινοφόρος ναῦς. οἱ δὲ διὰ τὰ κρεμαννύμενα βάρη, δελφίνων σχήματα ἔχοντα ἃ ταῖς λῃστρικαῖς ναυσὶν ἐμβάλλεται. Nunc nullus dubito quin Pausanias et Hesychius sua Didymo accepta referant, quod etiam magis confirmabit Schol. Arist. Equit. 762, quem locum describam quia facit ad nostrum Scholion melius intelligendum et ut inde etiam clarius fiat Scholiastam Thucydidis e Didymo profecisse. Legitur autem illo loco: σιδηροῦν κατασκεύασμα ἢ μολίβδινον εἰς δελφῖνα ἐσχηματισμένον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς κεραίας τῆς ἱστοῦ αἱ ναυμαχοῦσαι ἠφίεσαν εἰς τὰς τῶν πολεμίων καὶ κατεδύοντο (leg. κατέδυον). δηλοῦται δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ Φερεκράτους ἐν τοῖς Ἀγρίοις ὅταν λέγῃ, ὁ δὲ δὴ δελφίς ἐστι μολιβδοῦς δελφινοφόρος τε κεροῦχος ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν ἐμπίπτων καὶ

κἀτκδύων καὶ Θουκυδίδης δελφινοφόρον εἴρηκε τὴν ναῦν ἐξηρτῆσθαι. Agnoscimus nunc in nostri Scholiastae verbis versus illos Pherecrateos et omne dubium de Didymo auctore sublatum est.

Quae laudavi ex Scholiasta Aristophanis Suidas in suum lexicon transtulit, coniuncta cum alio scholio ad versum sequentem quo explicatur quid sit τὴν ἄκατον παραβάλλου, quod cave ne Didymeum esse putes nam absurdissimum et pessimum est. Exstat praeterea in Suidae lexico glossa: δελφὶς πρὸς ναυμαχίαν πολεμιστήριον ὄργανον ὅθεν καὶ δελφινοφόρον ναῦν Θουκυδίδης ἐν τῇ ζ' φησίν. Sine dubio ex integro Photii exemplo quod Suidae ad manus fuit migravit, nam ad verbum convenit cum iis quae Eust. 1221. 35. ex Pausania descripsit.

DE AELIO DIONYSIO.

Aelius Dionysius, quem iam diximus multum operae in Thucydide interpretando posuisse, natus est Halicarnassi et fuit ex gente Dionysii Halicarnassensis illius, qui imperante Augusto scripsit Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν. Secundum Suidam i. v. Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεύς vixit temporibus Hadriani et quidem ut apparet ex Eust. 368. 69. in patria Ha-

licarnasso in Caria. Eodem loco Eustathius auctor est eum scripsisse librum de dialecto Attica, cui titulus Ἀττικὰ ὀνόματα (Καρῶν πόλις ἦν ἡ Ἁλικαρνασσὸς, ἐξ ἧς ὥρμητο Αἴλιος Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, καθὰ δηλοῖ αὐτός, ἐν οἷς περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων διαλεγόμενος λέγει κ. τ. λ.), qui diu quidem exstitit, nam Eustathius eum inspexit sed tamen non integer ad nostra tempora pervenit. Fragmenta tantum supersunt in Eustathii commentariis ad Iliadem et Odysseam, qui ipso Dionysii opere usus est et multa inde hausit ad illustrandum Homerum, et in lexico Photiano ut Cobetus et Naberus observaverunt et luculentis exemplis confirmarunt ille in Mnemosynes vol. X. 50 seq. hic in Prolegomenis ad editionem illius lexici. Ut quodammodo de natura operis Aeliani iudicare possimus breviter contraham quae Naberus acutissime de eius origine disputavit.

Quemadmodum plurimi grammatici illorum temporum sic Aelius Dionysius quoque quum opus suum conderet aliorum libros excerpsit et in suam rem adhibuit; primum in his locum obtinet Diogeniani lexicon, idem quod Hesychius in suum librum recepit, de cuius origine superiore capite disputavi. Sed non ea quae ex aliorum operibus congessit hic nos morantur sed potius quae ipsius ingenio debentur et quantivis pretii semper habita sunt, cum probent eum assidua lectione scriptorum Atticorum accuratam scientiam Atticae dialecti sibi comparasse

et diligenter observasse et docuisse quae cuique eorum prae ceteris propria essent. Memorabilis locus est apud Eust. 813. 44. qui nos docet quos scriptores potissimum manibus triverit, quem quamvis paullo longiorem tamen hic describam: Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν καὶ ἐξήχησιν καὶ ψόφον ἃ τῇ τραγῳδίᾳ μάλιστα ἂν ἁρμόττοι διὸ καὶ τοὺς τραγικοὺς ὡς μὴ τοιούτους προςπαίζουσιν. ἐν τῷ „ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σίγμα τῶν Εὐριπίδου." λέγει δὲ καὶ ὅτι Περικλέα φασὶ πρῶτον ἐκκλῖναι τὸν διὰ τοῦ σ σχηματισμὸν τοῦ στόματος ὡς ἀπρεπῆ καὶ πλατύν, γυμναζόμενον ἀεὶ πρὸς τὸ κάτοπτρον καὶ ὅτι Θετταλοὶ καὶ Κιτιεῖς (Naber. Κιττιεῖς), οὐχ οἱ κατὰ Φοινίκην ἀλλ' οἱ περὶ Κύπρον ὧν πόλις Κίτιον (Κίττιον) κληθεῖσα οὕτω φασὶν ἀπὸ Κιτίου γυναικός τινος, θάλατταν καὶ πίττειν καὶ καρδιώττειν καὶ Ματταλίαν καὶ τοιαῦτα, ὅσα οὐδαμῶς Ἀττικὰ νομίζονται ἀλλὰ τῶν γειτόνων φησὶ Βοιωτῶν τῷ μήτε Ὅμηρον μήτε τραγικοὺς μήτε Θουκυδίδην ἢ Πλάτωνα κεχρῆσθαι αὐτοῖς. Oritur hinc non sine causa suspicio eum Homerum et tragicos, Thucydidem et Platonem in deliciis habuisse, quod quam verissimum sit Naberus multis exemplis ex Eustathio petitis perspicue demonstravit. Non est huius loci enarrare quae de eius studiis Homericis, Platonicis, tragicis conquiri possunt, videamus tantum, quam diligenter in Thucydide explicando et interpretando versatus sit. Evolve si animus est Eust.

p. 166. 18. ubi explicatur verbum πασσυδί ex Thuc. VIII. 1 et cf. simul Photium in voce ut morem Aelii Dionysii cognoscas; Eust. 527. 18. explicatur quid sit ἐμπαλασσόμενοι Thuc. VII. 84; Eust. 735. 50. πελιδνόν Thuc. II. 49; Eust. 862. 38. de verbis ὄνος et ὀνεύειν cf. Suidam i. v. ὤνευον qui sua sine dubio descripsit e Photii exemplari integro, quod in suam farraginem recepit; Eust. 907. 40. κῆπος κηπίον Phot. κῆπος Thuc. II. 62; Eust. 959. 42. agitur de adiectivo σῶς Thuc. I. 74. cf. Cobet Mnem. V. 90; Eust. 1390. 50. μήκωνα μεμελιτωμένην Thuc. IV. 26; Eust. 1450. 32. ἐν χρῷ παραπλεῦσαι Thuc. II. 84; Eust. 1425. 56 de voce ἀνακῶς laudato Thuc. VIII. 102. Videmus haec fere omnia reperiri in Photii lexico et vel ex his locis fit manifestum, Photium lexicon Aelianum in suum recepisse; verisimile igitur est complures glossas ex lexico Dionysii desumtas ibidem latere; inde Naberus glossas Thucydideas, quae sive forma sive ratione sive doctrinae praestantia nostrum auctorem prodebant, collegit et sub uno conspectu posuit; operae pretium est eas hic describere, ut appareat Aelium Dionysium rem non obiter tractasse et ut simul intelligatur, quantae divitiae nobis perierint. Vel unus locus στάδια καὶ σταδίους rem conficere potest, in qua voce fidenter affirmat Thucydidem forma accusativi σταδίους uti solitum, semel tantum in libro septimo formam στάδια usurpasse; sed addam reliquos, notantur in Photii lexico

ἐφθάρκται, τετάχαται, ἑώρων, καθαιρήσετε, κέρας, μαλακός, μεταχειρίζειν, ξύν, πανστρατιᾷ, παράλογος, παροκωχή, διεζωμένοι (in voce σέσωται), ζεῦγμα, κρωβύλος, κωλύμη, κλυδώνιον, κωπῆρες, λαμπρῶς, μάλιστα, νέμεσθαι, ὁμωχέτας, παραβεβάσθαι τὰς σπονδάς, παραυτίκα, περίνεως, περιορᾶσθαι, πρόςοδος, πρωτόνεως, πρότριτα, πομπήν, περιοίσειν, ῥαχίαν, σκῦλα, σῖτος, ἀγῶνα, οὕπως, παραβάλλεσθαι, πολεμησείειν. Haec e Photio collegit Naberus, Photii lexicon tamen in codice Galeano magnam partem, dimidiam fere, periit; sed Suidas in compilando opere Photii codicem integrum nactus est quem cum pulvisculo in suum lexicon recepit; ergo quae in Photio desunt, suppleri possunt ex Suida. Insunt igitur in Suida multa sumta ex Aelii Dionysii Ἀττικοῖς ὀνόμασιν. Cobetus Mnem. X. 71 seq. iam aliquot glossas Aelianas indicavit ut: ἅγνος, ἅβρα, αἴνειν, ἀβυρτάκη alias et viam monstravit, qua in hac re progrediendum sit; non alienum videtur ab hoc loco ex Suida conquirere quae teste Eustathio ex Aelii Dionysii lexico per Photium in Suidam transierunt, deinde investigare quid de glossis Thucydideis statuendum sit [1]).

Dabo primum quae in fragmentis Eustathii et in Suida consentiunt.

---

[1]) Rindfleischii librum de Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis rhetoricis, quem hoc praestitisse suspicor, inspiciendi copia non fuit: in Bibliotheca Academica desideratur.

ἄβρα	Eust. 1854.15.	γελοῖος	Eust. 205.45.
ἀγαθοῦ δαίμονος	1471.33.	γενειάς	1257.57.
ἄγημα	1399.58.	γέῤῥον b.	1923.61.
ἄγνος	1638.10.	γεώλοφον	962.23.
Ἀθηναίας	84.18.	δένδρεϊ	396.22.
αἱμασιά	1851.24.	δεῦρο	398.29.
ἀκεανοί	1528.44.	δημιουργοί	1825. 7.
ἀνύτειν	1217. 1.	δημοῦσθαι	901.13.
ἄπαν	1434. 1.	διαιτᾶν	749.14.
ἀρδάνιον	703.32.	ἐδέατρος	1403.40.
ἀχάνη	1854.15.	ἐπιδορατίς	243. 8.
βαῦνος	1511.12.	εἴπατε }	1435.62.
βῆ	1721.29.	εἶπον }	
βυσαυχήν	207. 4.	εἰστρυπᾶν	1532. 5.

Multae glossae his addi possunt quae forma, in Aelio Dionysio fere constanti, eandem originem prae se ferunt; sed longum est eas hic omnes enumerare; videamus tantum de Thucydideis.

Comparatio Photii et Suidae docet, a Suida nullum grammaticum adhibitum esse qui in Thucydide interpretando operam posuerat praeter Photium; omnes ergo loci, quibus noster laudatur, exceptis tantum iis quae ex Marcellini Scholiis in Thucydidem hausta sunt, profluxerunt ex pretiosissimis illis lexicis Dionysii, Pausaniae, Boethi aliorum, quae supra vidimus Photio ad manus fuisse; omnes deinceps describam, nam est operae pretium eas diligenter cum scholiis componere.

ἀδύνατα	Thuc. I. 125.	ἄλλη	Thuc.
Ἄθων	V. 3.	ἀμφηρικόν	IV. 67.
Αἰγάλεως	II. 19?	ἀμφότερα	I. 13.
ἀθρόους	V. 63?	ἀνακρούσασθαι	VI. 92.
ἄκλητος	I. 118.	ἀνακτᾶσθαι	VI. 92.
ἀκονιτί	IV. 73.	ἀνακῶς	VIII. 102.
ἀληλεμένον	IV. 26.	ἀναλοῦντες	IV. 48.
ἀλλήλων	II. 70.	ἀνανεοῦσθαι	V. 18.
ἀναπίπτειν	I. 70.	ἀποστοματίζειν	VII. 10.
ἀνασπᾷ		ἀποψύχειν	I. 134.
ἀνδρακάς [1])		ἀργυροῦν	II. 55.
ἀνέσπακε		ἀρκούντως ἔχειν	VI. 100.
ἀνέχει	I. 141.	ἀρρωστία	III. 15.
ἀνεχρήσατο	I. 125.	ἄρτος	VII. 33.
ἀνήκει	III. 45.	ἄσπονδοί	II. 22.
ἀνταπαιτῆσαι	III. 58.	Ἀτραμύττειον	VIII. 108.
ἀντιβόλησις	VII. 75.	αὐτοβοεί	II. 81.
ἀντιλογιῶν	IV. 59.	αὐτόθεν	VI. 71.
ἀξυνεσία	III. 42.	αὔχημα	VII. 75.
ἀπαράκλητοι	II. 98.	αὐχμός	I. 23.
ἀπεγένετο	II. 34.	ἀφίκετο	II. 18.
ἄπεδον	VII. 78.	βουλεύοντι	

[1]) *Ἀνδρακάς* hodie in Thucydide non comparet, quemadmodum sine dubio alia minus usitata quae librariorum socordia obliterata sunt et in quorum locum subrepserunt explicationes a librariis adpositae, quod Piersonus factum esse coniecit in voce *κάχρυς* VI. 22; cf. Moeris pag. 213. Verba Suidae i. v. *ἀνδρακάς* corrupta sunt sed facile emendari possunt ex Bekkeri Anecd. 394. 9; cf. Herwerden studia Thucyd. p. 66.

ἀπέλθῃ Thuc. III. 89?
ἀπεσταύρουν IV. 69.
ἀπετείχιζον VII. 78.
ἀπεχρᾶτο III. 81.
ἀπογενέσθαι II. 34.
ἀπόγνοια III. 85.
ἀποίκησις II. 27.
ἀποκρότῳ VII. 27.
ἀπολλώνιον II. 91.
ἀποσιμῶσαι IV. 25.
διεθρόησαν VI. 46.
διέφερον I. 11.
δόκησις ἀληθείας II. 35.
δωδεκάκρουνος II. 15.
δώρων δόκησιν V. 16.
ἐάν II. 24. III. 47.
ἐβιάζοντο V. 3.
ἐγκρατέστερος I. 118.
ἐδῄουν II. 12.
ἕδραν V. 7.
ἐθελοντηδόν VIII. 98.
εἴλλειν II. 76.
ἐκκρεμαννύμενοι VII. 75.
ἐκπλήγνυσθαι IV. 125.
ἐκ τοὔμπαλιν III. 22.
ἐμβολή II. 76.
ἐμπαλασσόμενοι VII. 84.
ἐμπεδών

βύζην Thuc. IV. 8.
δαπανᾶν IV. 3.
δελφίς VII. 41.
διαβάλλειν III. 109.
διαβούλομαι
διαγνώμη I. 87.
διαλέγουσαν
διαμώμενος IV. 26.
διάφορα ἀναλώματα
διέβαλεν
ἐξένευσαν II. 90.
ἐπανεῖπον VI. 60.
ἐπανήρατο VIII. 84.
ἐπάντους VII. 79.
ἐπειδή III. 68.
ἐπήρεια I. 26.
ἐπηρμένοι VIII. 2.
ἐπιβόημα V. 65.
ἐπιθειάσας II. 75.
ἐπιθειασμοί VII. 75.
ἐπιθεραπεύων VIII. 47.
ἐπιπαρένησαν II. 77.
ἐπίπλους II. 17.
ἐπιχειρητέα I. 118.
ἐπιχρῆσθαι I. 41.
Φορμηδόν II. 75.
Φυλασσόμενος II. 3.
χέδροπας

ἐνείλλοντες	Thuc. II. 76.	χρῶσαν	Thuc. V. 16.
ἐξαναχωρεῖ	IV. 28.	χώρα	IV. 76.
ἐξαργυρῶσαι	VIII. 81.		

Haec sunt quae in Suida inveni; videntur mihi maximam partem antiquis grammaticis deberi neque tamen omnia, nam insunt quaedam vel mediocriter docto viro plane indigna, v. c. *ἐμπαλασσόμενοι: ἐμπίπτοντες εἰς τὸ ὕδωρ*, quod verbum melius explicatur ab Aelio Dionysio Eust. 527. 28. Non minus absurdum est quod legitur i. v. *ἀλλήλων ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν. οὕτως Εὐριπίδης καὶ Θουκυδίδης· καί πού τινες ἀλλήλων ἐγεύσαντο.* Idem habent Bekkeri Anecd. 378. 13. et convenit Schol. III. 81.

Superest ut dicam de glossis Thucydideis in sexto Lexico Bekkeri (pag 319 usque ad finem) quod, ut Naberus in Proleg. ad Photium demonstravit, multa fragmenta continet ex Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis. Sunt numero 30; ex his 22 in Suida exstant et verbo tenus conveniunt ita ut ex eo descripta esse crederes (cf. de huius lexici origine Naber Proleg. § 18), octo non inveniuntur quae hic enumerabo:

Bekk.	334.30	ἀγανάκτησιν	Thuc. II. 41.
	346.14	ἀδώρητος	II. 65.
	363. 5	αἴσχιον	II. 40.
	363. 8	αἴτιον γενέσθαι	VIII. 46.
	367 24	ἀκολασία	III. 87.
	469.19	ἀφεῖται	

Bekk. 400. 5 ἀνέχειν Thuc. VI. 86.
407.13 ἀνοκωχή I. 40.

Ultima Aelii Dionysii est; cf. Cobet Mnem. X. 76, ceterae exigui vel nullius pretii.

Insunt praeterea Aeliana nonnulla ad Thucydidem pertinentia in lexicis Moeridis Phrynichi Timaei, ut docet eorum comparatio cum Photio. Sed hac de re relego lectores ad Prolegomena ad Photii λέξεις iam saepius laudata, quibus in hanc dissertationem meam gratus et diligenter usus sum et etiam infra utar; quod lectores monitos volo, ne si quando forte nomen laudare supersedeam, videar pro meis dare quae aliunde petivi.

His igitur de Aelii Dionysii studiis Thucydideis praemissis, conabor ex Scholiis conquirere quae illi tribuenda videntur.

Legitur I. 30. τροπαῖον· τροπαῖον ἡ παλαιὰ Ἀτθίς, ἧς ἐστὶν Εὔπολις Κρατῖνος Ἀριστοφάνης Θουκυδίδης. τρόπαιον ἡ νεὰ Ἀτθὶς ἧς ἐστὶ Μένανδρος καὶ οἱ ἄλλοι.

Evolvamus Eust. 205. 46. καὶ οὕτω μὲν ἐκ πλεονασμοῦ τετρασύλλαβον τὸ γελοίιον. τοῦ δὴ τρισυλλάβου τινὲς ὀξύνουσι τὴν πρώτην συλλαβήν, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, οἱ δὲ πλεῖστοι γελοῖον μὲν προπερισπωμένως, τὸν γελωτοποιὸν λέγουσιν οἷον τὸν μῖμον, γέλοιον δὲ τὸν καταγέλαστον. δοκεῖ δέ φησι τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν εἶναι περισπᾶν τὰ τοιαῦτα, ὁμοῖον, ἑτοῖμον, γελοῖον. Cum hoc loco cf. quae Eustath. disputat 531. 34—40. Τὸ δὲ ἐρῆμα προπερισπῶσιν οἱ

παλαιοί. ὥσπερ γὰρ ἑτοῖμον λέγει Ὅμηρος προπερισπωμένως κατὰ ἀρχαϊσμὸν οὕτω καὶ ἐρῆμον τὸ παρ' ἡμῖν ἔρημον καὶ καινὸν οὐδὲν, εἴ γε καὶ Θουκυδίδης ἀσυνήθως τροπαῖον λέγει προπερισπῶν. τὸ μέντοι ὁμοῖος αὐτὸ μὲν οὐκ ἔχει παραδοξίαν τινά. ἀνάλογον γάρ ἐστι τοῖς διὰ τοῦ οἷος προπερισπωμένοις δοκοῦν προπερισπασθῆναι καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίιος. μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιος ἔχει τι καινὸν κατὰ συνήθειαν ὥς φασιν Ἀττικήν. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ τροπαῖον ξενίζει κατὰ τὸ ἑτοῖμον καὶ τὸ ἐρῆμον. ἔχει γὰρ καὶ ἐκεῖνο ἀναλογίας ὁμοιότητα ἐκ τοῦ τροπαῖος ἀρσενικοῦ, ὃ γίνεται ἀπὸ τοῦ τροπή. δῆλον γὰρ ὅτι Τροπαῖος λέγεται Ζεύς, αὐτὰ δέ γε παλαιστροπίαν τινὰ ἔχουσι. διὸ Ἡρωδιανός φησιν ὅτι τὸ παρ' Ὁμήρῳ ἐρῆμον καὶ ἑτοῖμον οἱ νεώτεροι Ἀττικοὶ ἀναλόγως φασὶν ἔρημον καὶ ἕτοιμον. Haud dubie haec ab Eustathio ex eadem disputatione sumta sunt quam prior locus Aelii Dionysii fuisse testatur; Scholiasta in breviorem formam contraxit. cf. Greg. Corinth. p 26 adn.

I. 112. λιμοῦ γινομένου· ὁ λιμός ἀρσενικῶς.

Nobilissimus locus in Eustathii commentariis in Odysseam p. 1390. 50. de genere nonnullorum nominum confirmat hanc annotationem Aelio Dionysio deberi. Leguntur haec: Αἴλιος Διονύσιος παρασημειούμενός τινα ὅπως κατὰ γένη προφέρονταί φησιν οὕτω. Κακκάβη θηλυκῶς ὁ κάκκαβος οὕτω καὶ ἡ ἁρπάγη, δι' ἧς ἐκ φρεάτων κάδους ἀνάγουσιν. ἔτι δὲ καὶ ἡ βῶλος καὶ ἡ ὕαλος καὶ ἡ φάρυγξ, καὶ ἡ στρύχνος

καὶ ἡ χάραξ, τὸ χαράκωμα τοῦ στρατοπέδου. ἔτι θηλυκῶς καὶ ἡ τύλη, τὸ φῦμα τὸ ἐπὶ τοῦ αὐχένος καὶ ἡ ὄμφαξ καὶ ἡ ἄσβολος καὶ ἡ ψύλλα καὶ ἡ μεῖραξ, καὶ ἡ θόλος καὶ ἡ μήκων. Θουκυδίδης οὖν μήκωνα μεμελιτωμένην φησίν. ταῦτα κατὰ γένος θηλυκόν. ἀρσενικῶς δὲ ὁ χοῦς ὁ ὄροφος ὁ θίς ὁ λιμός ὁ σκότος ὁ Τάρας ὁ Ἀκράγας. οὐδέτερα δὲ τὸ νῶτον τὸ ζυγόν τὰ ἐπίδεσμα τὸ στρωματόδεσμον τὸ θυμὸν τὸ σίαλον τὸ κέδρον τὰ θεμέλια τὸ τέμαχος. ἀρσενικὰ δὲ καὶ οὐδέτερα ὁ τάριχος καὶ τὸ τάριχος καὶ τὰ στάδια καὶ οἱ στάδιοι. δῆλον δὲ ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα ἐπεὶ καὶ Ἀττικαῖς λέξεσιν ὁ Διονύσιος ἐπεξέρχεται. Pluribus verbis non opus est. Altera superest in scholiis adnotatio quam ex eodem hoc Eustathii loco ductam esse apparet, nempe ea quae legitur VII. 46. Ἀκράγαντα· τὸν Ἀκράγαντα· ἀρσενικῶς.

II. 75. τοῖς δένδρεσι· σημείωσαι τὸ δένδρος εὐθεῖαν. Aelio Dionysio haec deberi veri simillimum reddit Eust. 396. 16. ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ Αἰλίου Διονυσίου λεξικῷ φέρεται ὅτι λέγεται οὐ μόνον δένδρον ἀλλὰ καὶ δένδρεον καὶ δένδρος. φησὶ γοῦν ὅτι δένδρον μᾶλλον ἢ δένδρος καὶ δένδρα μᾶλλον ἢ δένδρη καὶ αἱ πτώσεις δένδρου καὶ δένδρῳ μᾶλλον ἢ δένδρει καὶ δένδρους. Ξενοφῶν δέ φησι ἐκείνας μᾶλλον ὀνομάζει δένδρος καὶ δένδρει καὶ δένδρεσι καὶ δένδρη καὶ δένδρεα. Scholion prorsus est ex more veterum grammaticorum, qui lectores talia monere solebant. Totum locum descripsi ut appareat quam diligenter Dionysius scriptores legerit.

III. 58. παρὰ τοῖς αὐθένταις· τοῖς φονεῦσιν. αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες καὶ οἱ πολέμιοι. οἱ δὲ νῦν αὐθέντας τοὺς κυρίους καὶ δεσπότας.

Idem dicit Aelius Dionysius apud Eust. 130. 34. verbis paullulum diversis: ὅτι τὰ ἔντεα δοκεῖ δασύνειν τὴν ἄρχουσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ αὐθέντης οὐχ ὁ δεσπότης ὥς φησιν ὁ Αἴλιος Διονύσιος ἀλλ' αὐτοέντης καὶ αὐτοχειρίᾳ φονεύς, ὁ καὶ αὐτοφόντης. Eadem fere sextum Lexicon Bekkeri p. 463, cuius auctorem supra vidimus multa ex Aelio Dionysio sumsisse. In scholio nostro verba: καὶ οἱ πολέμιοι nullum idoneum sensum praebent; nusquam enim αὐθένται significat hostes. Videor mihi reperisse quid legendum sit; verum est ὡς οἱ παλαιοί. Quam saepe καί et ὡς propter compendiorum similitudinem alterum in alterius locum irrepserint satis exposuit Bastius in Comm. Palaeographica pag. 816; alterius vocabuli compendium etiam librarios fefellit: ὡς οἱ παλαιοί igitur opposita sunt iis quae statim subiunguntur οἱ δὲ νῦν.

II. 84. ἐν χρῷ· ἀντὶ τοῦ πλησίον. ἔστι δὲ ἀποκοπή. ἦν γὰρ ἐν χρωτί. εἴρηται δὲ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κουρᾶς τῆς ἄχρι τοῦ χρωτὸς γιγνομένης.

Ex Aelii Dionysii lexico cf. Eust. 1450 32. ἐν δὲ τῷ χρόα καλὸν τὴν ὅλην διαρτίαν δηλοῖ τοῦ σώματος οὗ πάσχοντος ἐντὸς, ἰάπτεται καὶ ὁ καλὸς χροῦς, ἤγουν τὸ ἐπιφαινόμενον τοῦ σώματος ὃ καὶ χρὼς λέγεται. ἀπὸ δὲ τοῦ χροῦς καὶ ἡ ἐν χρῷ κουρὰ ἡ ψιλὴ κατὰ

Αἴλιον Διονύσιον καὶ πρὸς τὸν χρῶτα καὶ ἐν χρῷ δε κουρίας ὁ οὕτω κειρόμενος καὶ πλοῦς ἐν χρῷ ὁ γῆς ἐγγύς. Θουκυδίδης ἐν χρῷ παραπλεῦσαι τὰς ναῦς. Hunc Eustathii locum sic accipio ut putem Aelium Dionysium scripsisse *ἡ ἐν χρῷ κουρὰ ἡ ψιλὴ* etc. verba *ἀπὸ δὲ τοῦ χροῦς* Scholiastae tribuam cui debentur quae antecedunt; quam opinionem etiam probabiliorem reddit locus Hesychii: *ἐν χρῷ κουρὰ ἡ ψιλὴ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ χρωτί.*

V. 5. *Σικελιῶται· ἰστέον δὲ ὅτι οἱ μὲν Ἕλληνες οἱ ἐν Σικελίᾳ Σικελιῶται λέγονται. οἱ δὲ βάρβαροι οἱ ἐν αὐτῇ Σικελοί. οὕτω καὶ ἐπὶ Ἰταλιωτῶν καὶ Ἰταλῶν.*

Dionysii haec sunt teste Eust. 1890. 50. *Φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος ὅτι Ἰταλοὶ μὲν οἱ βάρβαροι, Ἰταλιῶται δὲ οἱ ἐπῳκηκότες Ἕλληνες τὴν Ἰταλίαν· οὕτω καὶ Σικελοί φησι καὶ Σικελιῶται διαφέρουσι.*

VII. 25. *ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυρούς· ὄνος μηχανή ἐστι περιαγωγῆς, ᾗ οἱ χρώμενοι ὀνεύειν λέγονται.*

Evolve si animus est Eust. 862. 18. et videbis Scholiastam ex Aelio Dionysio hausisse: *καὶ ἔστιν ἀπ' αὐτοῦ (ὄνος) ὀνεύειν ῥῆμα περὶ οὗ Αἴλιος Διονύσιος γράφων φησίν. ὤνευον παρὰ Θουκυδίδῃ τὸ ἐκίνουν καὶ περιῆγον. ὄνος γὰρ τοῦ μύλου τὸ κινούμενον καὶ αἱ τοιαῦται μηχανὰὶ ὄνος.* Exilia fragmenta sane, si componimus quae Phrynichus in Proparasceue Sophistica servavit ex Aelio Dionysio (Anecd. 57. 21.) quem locum adscribam ut melius intelligatur Scho-

liasta: ὀνεύειν τὸ περιάγειν τὰ μηχανήματα οἷς τούς τε λίθους καὶ τὰ ἄλλα ἕλκουσιν. ὄνος δέ ἐστιν αὐτὸ τὸ μηχάνημα τὸ διὰ τροχιλίων καὶ σχοινίων. εἴρηται ὀνεύειν ἤτοι ὅτι καὶ ὄνοις ἐχρῶντο πρὸς τὴν περιαγωγὴν οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἢ κατὰ μεταφορὰν ὄνων ἐπεὶ καὶ οὗτοι ἀχθοφόροι. Suidas non habet ea quae hic e Scholiasta descripsimus sed alteram adnotationem quae in Scholiis invenitur, de cuius origine nihil apparet, et praeterea: ὤνευον παρὰ Θουκυδίδῃ ἐκίνουν καὶ περιῆγον· ὄνος γὰρ τοῦ μυλῶνος τὸ κινούμενον καὶ αἱ τοιαῦται μηχαναὶ ὄνος· quae certo certius ex Photio sumsit, cuius postrema pars inde ab ὦ Ἥρακλες in codice Galeano periit et tantum in Suidae lexico servata est.

VII. 84. οἱ δ' ἐμπαλασσόμενοι κατέῤῥεον· ἀντὶ τοῦ ἐμπλεκόμενοι κατέπιπτον.

Quae hic datur explicatio verbi ἐμπαλασσόμενοι derivata est ex Aelii Dionysii ἀττικοῖς ὀνόμασι, quem Eust. 527. 18. docet hanc vocem sic explicasse: ἐμπλεκόμενοι· περιπειρόμενοι, δόρατι φυρόμενοι. Videte quam exilis pars doctrinae Aelianae in Scholia transierit, sed ita solebant grammatici, potiora saepe omittebant; cf. de hoc verbo Naber. Λόγιος Ἑρμῆς p. 425, qui idem in aliquot locis Dionis Cassii restituit.

Non tamen huius opusculi argumentum est ea tantum fragmenta conquirere quae apposito auctoris nomine alibi circumferuntur sed animus est ea quoque indicare, quae licet Aelii Dionysii nomen omis-

sum sit tamen ex eius thesauris profluxisse videntur. Reperi quaedam quae forma qua in scholiis aut in Photii lexico prostant nullum dubium relinquunt quin nostro debeantur, alia quae natura vel ratione originem ex eodem fonte duxisse videantur. Illa nunc deinceps recensebo.

I. 3. *πολλοῦ γε χρόνου·* οὕτω λέγουσιν οἱ Ἀττικοί· πολλῶν ἡμερῶν οὐκ εἶδόν σε ἀντὶ τοῦ ἐν πολλαῖς ἡμέραις.

Verissima observatio est cf. e. g. Thuc. VII. 3. Plato Symp 172. Xenoph. Anab. I. 9. 25. Aelii Dionysii manum prodit verbum λέγουσιν quod in eius observationibus ferme constans est, ut unicuique Photium inspicienti statim palam fiet. Vide de hac formula Cobet. Mnem. X. 57.

I. 10. *περίνεως·* τοὺς περιττοὺς ἐν τῇ νηῒ ἐπιβάτας οἷον δούλους.
ἄλλως· τοὺς περιττοὺς καὶ ἔξω τῶν ὑπηρεσιῶν καὶ πρώτους πλέοντας ὅθεν καὶ τοὺς κομίζοντάς τινα εἴσθηκε.

Facile apparebit unicuique utramque glossam fluxisse ex eodem fonte, quem non dubito quin mecum statuat Dionysii lexicon esse, qui Photium contulerit i. v. *περίνεως·* τοὺς περιττοὺς καὶ ἔξω τῶν ὑπηρεσιῶν ὡς λιπόνεως τοὺς λιποτάκτας Θουκυδίδης. Spectat Photius ad hunc ipsum locum Thucydidis. De huius vocabuli significatione Photius in altera glossa plura habet, ad quam cf. Poll. I. 95. et Hesych. i. v.

I. 17. *μάλιστα·* τὸ μάλιστα ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς λαμβάνει ὁ Θουκυδίδης.

Photius idem tradit; libens assentior Nabero qui haec Aelio Dionysio tribuit. Scholiasta idem habet ad III. 92 et V. 60.

I. 78. *παράλογος·* ἀπροσδόκητος. ἀρσενικῶς τὸν παράλογον.

Ex Aelii Dionysii lexico, cf. Photium i. v. λέγουσιν ἀρσενικῶς οἵ τε ἄλλοι καὶ μάλιστα Θουκυδίδης. τὸ παράδοξον καὶ ὃ οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν. οἷον τοῦ πολέμου τὸν παράλογον καὶ ὅτι ἐγένετο πολὺς ὁ παράλογος. cuius annotationis forma magis etiam auctorem prodit. Eidem deberi videntur quae leguntur in Scholiis ad I. 5. *τὸν πλεῖστον τοῦ βίου·* οὕτω Θουκυδίδης καὶ τὸν πλεῖστον τοῦ χρόνου et I. 30. *τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖστον·* ἀεὶ ὁ Θουκυδίδης τὸν πλεῖστον ἀρσενικῶς.

I. 92. *κωλύμη·* κωλύσει. ἰδία δὲ ἡ λέξις τοῦ Θουκυδίδου. Photius i. v. κώλυμα κώλυσις ἐμπόδιον. ἔστι δὲ ἡ λέξις Θουκυδίδου. Nemo dubitabit credo cum Nabero Dionysio haec reddere. Eodem iure ei tribues: I. 87. *διαγνώμη·* διάγνωσις καὶ διάκρισις· ἰδικὴ δὲ αὕτη ἡ λέξις et I. 73. *πρέσβευσις* ὅτι πρέσβευσις καὶ καταβόησις καὶ καταβοὴ οὐ λέγεται εἰ μὴ ἰδίᾳ παρὰ Θουκυδίδῃ. Πρέσβευσις in Photii lexico non legitur neque διαγνώμη nam periit littera Δ in codice Galeano; sed Suidas habet i. v. διαγνώμη (sine dubio ex Photii codice integro) διάγνωσις καὶ διάκρισις ὥσπερ καὶ καταβοή· ἡ λέξις εἰδικὴ Θουκυδίδου.

Schaefero verba Scholiastae ad I. 73. corrupta videntur et collatis quae Gregorius Corinthius de Dialectis p. 50. scribit sic emendat: ὅτι ἡ πρέσβεια πρέσβευσις καὶ ἡ καταβόησις καταβοὴ παρὰ Θουκυδίδῃ ἰδίᾳ. Non assentior viro doctissimo nam καταβόησις non est in usu apud Atticos nisi apud Thucydidem. Malo igitur legere ex codice Augustano: πρέσβευσις καὶ καταβόησις καὶ καταβοή.

I. 95. ἀπαλλαξείοντες· ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες τουτέστι ἐπιθυμοῦντες ἀπαλλαγῆναι.

Compone cum hoc scholio quae leguntur apud Photium i. v. πολεμησείειν· πολεμητικῶς ἔχειν. Θουκυδίδης ἐν τῇ α'. ὡς καὶ τὸ Ὁμηρικόν: τῷ ῥ' οἵγ' ὀψείοντες ἀυτῆς καὶ πολέμοιο. οὕτως καὶ γαμησείειν Ἀττικοί φασι καὶ ἄλλας φωνὰς οὕτως σχηματίζουσιν. Cur haec Aelio Dionysio tribuenda videantur docet Naberus Proleg. ad Photium p. 35; similia Photius in voce ναυμαχησείοντες· Scholiasta simillima ad III. 84. ἀπαλλαξείοντες IV. 28. παραδωσείοντα VIII. 79. ναυμαχησείοντας.

I. 125. ἀδύνατα· ἀντὶ τοῦ ἀδύνατον.

Vide quam exile fragmentum supersit ex Aelii Dionysii adnotatione quae plenior servata est in Anecd. Bekkeri 342. 19. ἀδύνατα εἶναι· ἀντὶ τοῦ ἀδύνατον. πολλάκις γὰρ κέχρηται Θουκυδίδης τοῖς πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν, μάλιστα δὲ ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως. cf. Cobet. Mnem. X. 86. Ob hunc ipsum locum reddenda sunt Dionysio I. 118. ἐπιχειρη-

τέα· τοῦ συγγραφέως ἡ λέξις, ἐχρῆν γὰρ εἰπεῖν ἐπιχειρητέον.

II. 7. λαμπρῶς· φανερῶς, ἀναμφισβητήτως.

Photius λαμπρῶς· τὸ φανερῶς οὐ τὸ ἐνδόξως καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις. Vides quid sequatur.

II. 8. ἔῤῥωτό τε πᾶς· ἀντὶ τοῦ προὐθυμεῖτο· οὐ γὰρ ἐπὶ ἰσχύος κεῖται ἀλλ' ἐπὶ σπουδῆς et III. 15. ἀῤῥωστίᾳ τοῦ στρατεύειν· μεταφορικῶς εἶπεν ἀντὶ τοῦ οὐ προθύμως ἐστράτευον.

Ut has adnotationes ex Aelio Dionysio fluxisse probem proficiscar a duobus locis in Bekkeri Anecdotis, altero ex Phrynichi Proparasceue sophistica, altero ex sexto lexico. Legitur loco priore 8. 1. ἀῤῥωστία σημαίνει μὲν πολλαχοῦ τὴν νόσον ἀλλὰ καὶ διαφέρει ὅτι ἡ μὲν νόσος ἐστὶ καὶ μακρὰ καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἀῤῥωστία τὴν μακροχρόνιον δηλοῖ. οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὴν ἀῤῥωστίαν ἐπὶ τοῦ μὴ προθυμεῖσθαι μηδὲ ὁρμᾶν πρᾶξαι τιθέασι. τὸ γὰρ ἀντικείμενον τῇ τοιαύτῃ ἀῤῥωστίᾳ Κρατῖνος εἶπεν ἐῤῥῶσθαι οἷον προθυμεῖσθαι. Alter locus est 446. 13. ἀῤῥωστία τοῦ στρατεύειν ἀντὶ τοῦ ἀπροθυμία Θουκυδίδης. Luce clarius est haec ex iisdem fontibus petita esse, alteram igitur quoque adnotationem Phrynicho deberi, quod mirandum non est, nam in sexto lexico Bekkeri multa Phrynichea insunt, nonnulla nomine apposito. Sed idem quod Bekkerus 446. 13, habet Suidas qui sine dubio Photio acceptum refert; nam Phrynichum

in farraginem suam non recepit. Consensus Photii et Phrynichi ducit nos ad Aelium Dionysium cuius *ἀττικὰ ὀνόματα* utrique in lexico componendo ad manus erant ut ex glossis communibus luculenter demonstravit Naberus Prolog. pag. 89 seq. Scholiasta qui iisdem fere verbis utitur quae in Anecdotis leguntur non dubitandum existimo quin ut non Dionysius ipse fuerit sic tamen ex illo profecerit.

II. 14. *τὴν ξύλωσιν· σημαίνει ξύλωσιν· ἰδία λέξις τοῦ Θουκυδίδου.*

Aelii Dionysii, opinor. cf. quae supra dixi ad I. 92. Pro *σημαίνει* legendum *σημείωσαι.*

III. 68. *ἐπειδή· ἀφ' οὗ.*

Suidas i. v. *ἐπειδή· ἐπειδή ἐστι μὲν σύνδεσμος παρασυνταλτικός. λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀφ' οὗ ὡς καὶ Θουκυδίδης πολλάκις ἐχρήσατο καὶ Ὅμηρος πρότερον „ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπε" περὶ τοῦ σκήπτρου.* Thucydides cum Homero coniunctus facit ut haec Aelio Dionysio tribuam. cf. Naber. Proleg. 35.

IV. 1. *σίτου ἐκβολή· σίτου ἐκβολὴν τὴν τῶν σταχύων ἐκ τῶν καλύκων γένεσιν. ἐπιφέρει γὰρ „ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος". ἦρος δὲ στάχυες ἐκφύονται. ἤγουν ὅτε ὁ στάχυς δημιουργεῖται καὶ ἤδη προβάλλεται ἔχων τὸν κόκκον τοῦ σίτου διατετυπωμένον, οὔπω δὲ εἰς ἀκμὴν προαχθέντα.*

Et verbis et re convenit cum Scholiasta Photius i. v. quamquam ille verbosior est: *σίτου ἐκβολή·*

Θουκυδίδης ὅταν ὁ στάχυς τῆς κάλυκος ἐκφύηται οὐχ ὅταν ἐκ τῆς γῆς ἀναδίδοται (leg. ἀναδιδῶται) τὰ σπέρματα. Videntur haec Aelium Dionysium aut Pausaniam auctorem habere Diogeniano non ut solet sequente sed oppugnante; Diogenianus enim addictus erat sententiae quam Photius reiecit; nam Hesychius: σίτου ἐκβολή· ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς χλόης. Cum Scholiasta convenit etiam Eust. 1405. 12. καὶ ἡ σίτου ἐκβολὴ παρὰ Θουκυδίδῃ, ὅ ἐστιν ἡ πρώτη ἐκ τῆς κάλυκος τῶν ἀσταχύων ἔκφυσις.

III. 97. ὑπαγωγαί· ἀναχωρήσεις.

Photius ὑπαγωγάς· τὰς ἀναχωρήσεις διώξεις τε καὶ ὑπαγωγάς φησι Θουκυδίδης. Hanc glossam quam non dubito esse Aelianam sic emendandam existimo: ὑπαγωγαί· ἀναχωρήσεις: διώξεις τε καὶ ὑπαγωγαί φησι Θουκυδίδης.

IV. 3. δαπανᾶν· εἰς δαπάνην ἐμβάλλειν.

Suidas i. v. δαπανᾶν· οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν καὶ σπαθᾶν καὶ δαπανᾶν τῇ ἀσωτίᾳ. οὕτω Δημοσθένης· καὶ οἱ ἄλλοι δικανικοὶ οὕτως χρῶνται τῷ ὀνόματι. Θουκυδίδης δὲ τὴν πόλιν δαπανᾶν φησὶν ἀντὶ τοῦ εἰς ἀναλώματα μεγάλα ἐμβάλλειν.

IV. 86. περιωπήν· ἀντὶ τοῦ περίσκεψιν ἢ περιάθρησιν ἢ πρόνοιαν ἢ ἐξέτασιν.

Sine dubio ex eodem fonte ex quo Photius hausit: περιωπὴ καὶ πισύνη καὶ πίστις. πάντα ταῦτα γλωττώδη παρὰ Θουκυδίδῃ· καλεῖ δὲ περιωπὴν τὴν

φροντίδα καὶ τὴν περίσκεψιν οὐ τὸν τόπον ὡς Ὅμηρος. Haud dubie recte Naberus iudicavit communem his fontem Aelii Dionysii lexicon fuisse.

V. 58. *ἐς τὸν Φλιοῦντα· τὸν Φλιοῦντα· ἀρσενικῶς.*

Movet me in Photii glossa laudatus locus Xenophontis, cuius Aelius Dionysius studiosissimus fuit, ut huic scholion tribuam. cf. Cobet. Mnem. X. 67. VIII. 126.

VI. 35. *πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς· δυνάμενος πείθειν τοὺς πολλούς.*

Cf. Photium i. v. qui sua sine dubio ex Aelio Dionysio duxit: *πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς. ὁ πιστικώτατος καὶ πείθων τοὺς πολλοὺς παρὰ Θουκυδίδῃ.*

DE PAUSANIA, ANTYLLO ALIIS.

Pausanias nomine tantum nobis notus est nam neque de aetate eius nec patria ullum testimonium exstat. Lexicon eius, quod teste Scholiaste nostro (VI. 27) inscriptum erat *τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγή* Eustathio *παρεκβολὰς εἰς Ὁμήρου Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν* scribenti ad manus fuit et saepius ab illo laudatur; semel praeterea in Eust. commentariis ad

Dionysium Periegeten 525 et semel in Scholiis ad Apollonium Rhodium IV. 187. Audiamus Photium in Bibliotheca disserentem de illo lexico: *ἀνεγνώσθη ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει* (quo scilicet Aelii Dionysii lexicon continebatur) *Παυσανίου λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον οὐδὲν ἔλαττον τῶν προειρημένων εἰς τὰς Ἀττικὰς συναναγνώσεις χρήσιμον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον. εἰ γὰρ καὶ ταῖς μαρτυρίαις ἐνδεέστερον ἔχει ἀλλ' οὖν ἔν τισι τῶν στοιχείων πολὺ ταῖς λέξεσι πλεονάζει, ὡς ἀμφοτέραις ἅμα ταῖς Αἰλίου Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως πραγματείαις καίτοι τῶν χρήσεων ἐπ' ἔλαττον ὡς ἔφημεν ἁπτομένην ἐξισάζεσθαι τῷ τῆς γραφῆς ὄγκῳ.* Deinde addit *εἰ δέ τις ἐκείναις ταῖς δυσὶν ἐκδόσεσιν* (lexici Aeliani scilicet) *καὶ τὴν Παυσανίου ἐγκατατάξας ἓν ἀπεργάσαιτο σύνταγμα, ῥᾷστον δὲ τῷ βουλομένῳ, οὗτος ἂν εἴη τὸ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς ἀττικὰς βίβλους σύνταγμα εἰςενεγκάμενος.* Comparatio Photii et Eustathii docet Photium id ipsum fecisse quod aliis suadebat, nempe recepisse et Aelii Dionysii *ἀττικῶν ὀνομάτων* recensionem duplicem et Pausaniae *ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγήν* in suum lexicon. Supersunt ergo in Photio multa quae Pausaniae debentur; non tamen est admodum facilis res distinguere ea ab Aelianis; nam ut apparet ex fragmentis quae Eustathius servavit lexica Dionysii et Pausaniae valde similia inter se fuerunt, unde factum est ut Photius saepius bis eadem doceat, quod argumento esse potest eos

indidem maximam partem suae doctrinae petisse. Accedit etiam alia res quae in causa est cur tam difficile sit lexicon Pausaniae ex Photio eruere; quum Aelius Dionysius constante fere formula (καλοῦσιν aut λέγουσιν) utatur qua eius glossas ab aliis distinguere possumus, nihil in Pausaniae fragmentis est quo eius doctrinam quasi divinemus et deprehendamus. Nihil igitur ei e Photio reddere possumus nisi quae Eustathius nomine adposito servavit et nonnulla alia, si in Photio glossa duplex legitur, quamquam in his cautissime versandum est; nam ut totidem verbis legimus in Photii loco quem supra laudavi, *duplex* recensio lexici Aeliani in Photio λέξεις recepta est. Quod feci in superiore capite nunc faciam hic; componam illam lexici Photiani partem quae in codice Galeano periit sed apud Suidam servata est cum fragmentis Pausaniae apud Eustathium servatis et indicabo quid Photius ex illo hauserit. Conveniunt

Suid. βλεπεδαίμων 2	et Eust.	206.28.
ἀναρύει		250.14.
δαῦλον		274.23.
ἐκτιλωμένοι		403.36.
ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς		589.41.
Διὸς ἐγκέφαλος		757.52.
ἀλκυονίδες ἡμέραι		776.33.
ἀρχὴ Σκυρία		782.52.
αἴγλη		823.26.

Suid. ἕδος	et Eust.	872.62.
δίφρος		882.12.
ἀπεσκοτωμένα		953.52.
βοῦς ἐν αὐλίῳ		962.16.
βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ		962.16.
δωριάζειν		975.37.
ἄφλαστον		1039.36.
ἐμμέλεια		1167.19.
δελφίς		1221.25.
δανά		1241.17.
εἰρεσιώνη		1283. 6.
ἀκάμπιος		1328.20.
ἐπαυλία		1337.43.
δωδεκίδες		1386.48.
ἐκπηνιεῖται		1421.66.
ἔπιπλα		1469.28.
ἐκτρυπῆσαι		1532. 5.
ἅμιπποι		1539.25.
ἀλύειν		1636.26.
ἀβυρτάκη		1854.19.

Multa praeterea fragmenta servavit incertus grammaticus in sexto Lexico Bekkeri quae Naberus in Proleg. ad Photium sub uno conspectu posuit. Inter scriptores quos Pausanias prae ceteris dilexit primo loco nominandi Thucydides, quem Eustathius sexies laudat ex eius lexico, et Plato. Videamus quid in Scholiis supersit quod Pausaniam auctorem habet.

IV. 25. ἀποσιμωσάντων· ὑπαναχωρησάντων καὶ μετεωρισάντων τὰς ναῦς ἵνα ἐκ πολλοῦ διαστήματος δυνηθῶσι μετὰ μείζονος ὁρμῆς ἐμβάλλειν τοῖς Ἀθηναίοις.

Ipsa verbi explicatio sumta est ex Pausaniae lexico, teste Eust. 965. 45. κεῖται δὲ τὸ ἀποσιμοῦσθαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, παρ' οἷς οὐ μόνον ἀπεσίμωσε τὸ ὕψωσε καὶ πρὸς τὸ λαμπρότατον ἦγε κατὰ Παυσανίαν ἀλλὰ καὶ ἀποσιμῶσαι τὸ μετεωρίσαι παρὰ Θουκυδίδῃ. Hunc Eustathii locum sic intelligo ut explicationem loci Thucydidei eum addidisse putem reliquis, quae in alio lexico invenerat, quod non dubito quin Diogeniani fuerit, collato Hesychio in voce ἀπεσίμωσεν ὕψωσεν, πρὸς μετέωρον ἀνήγαγεν. σιμαὶ γὰρ αἱ μετέωραι προςαναβάσεις. Similia servavit Bekk. Anecd. 434. ἀποσιμῶσαι τὸ ἐπικῦψαι καὶ τὴν πυγὴν προθεῖναι (Meineke προτεῖναι) γυμνήν. Θουκυδίδης δὲ τὸ μετεωρίσαι τὰς ναῦς. Suidas idem ex Photio.

VI. 27. περιεκόπησαν τὰ πρόςωπα· ἰστέον ὅτι Παυσανίας ἐν τῇ διαπεπονημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναί φησι, καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι.

Photius in voce ἑρμοκοπίδαι idem habet omisso tamen Pausaniae nomine, sed addit in fine φασὶ δὲ Ἀλκιβιάδην συμπράττοντα Κορινθίοις τοῦτο πρᾶξαι. Unde Pausanias sua hauserit palam facit Schol. Arist. Lys. 1094. τὴν δὲ αἰτίαν ταύτην οἱ μὲν τοῖς

περὶ Ἀλκιβιάδην προςέγραφον ὡς Θουκυδίδης οἱ δὲ Κορινθίοις ὡς Φιλόχορος. cf. Adnot. Naberi ad Phot. i. v.

I. 10. πολυτελέσι· πολυδαπάνοις· τέλος γὰρ τὸ ἀνάλωμα.

III. 36. τοὺς ἐν τέλει· τοὺς στρατηγοὺς λέγει τοὺς ἐν τέλει.

IV. 60. τέλεσι· ταῖς δαπάναις. ὅθεν καὶ εὐτελὴς καὶ πολυτελής.

VII. 27. πολυτελές· πολυδάπανον, δαπανηρόν, πολλὰ τελοῦν. ἐξ οὗ καὶ πολυτελὲς δεῖπνον.

VIII. 46. εὐτελέστερα· ἀντίκειται τῷ πολυτελεῖ τὰ εὐτελέστερα. ἀδαπανώτερα γὰρ λέγει.

Ex Pausaniae lexico haec fluxisse docet Eust. 881. 27. τέλος γάρ φασιν ἀνάλωμα καὶ τάξις καὶ ἀρχὴ καὶ γάμος. καὶ ἐκ μὲν τοῦ δηλοῦντος τὸ ἀνάλωμα γίνεται ἀτελῆ κατὰ Παυσανίαν τὰ ἀδάπανα ὡς καὶ πολυτελῆ τὰ πολυδάπανα. ἐντεῦθεν δὲ καὶ εὐτελὴς ὁ φειδωλός φασι καὶ ὀλιγοδάπανος ὡς πολυτελὴς ὁ πολυδάπανος. Similia fere habuit etiam Aelii Dionysii lexicon ut apparet ex Eust. 789. 13. τὸ δὲ τέλος ἐξαχῶς εὕρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. σημαίνει γὰρ τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα ὡς ἐνταῦθα καὶ τὸ τῶν πραγμάτων πέρας καὶ τὴν ταῖς πόλεσι φοιτῶσαν πρόςοδον καὶ τὸ ἀξίωμα ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Ξενοφῶντι καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ· τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι· δηλοῖ δὲ καὶ δαπάνημα ὡς Εὐριπίδης μάτην δ' ἄνο ἴκων σῶν τόδ' ἐκβαίη τέλος. καὶ τὴν μυστικὴν κ. τ. λ. cum quo cf. Scholiastam ἐν τέλει· τέλη τὰ ἀξιώ-

μᾶται καὶ οἱ ἄρχοντες. Nomen Aelii Dionysii quidem non appositum est sed loci ex Thucydide Xenophonte Euripide omne dubium tollunt; sed si vis argumentum vide Schol. Platonis ad 205. A. Evolve nam tanti est ipsos Eustathii locos quos indicavi ut mireris multiplicem et variam doctrinam quae cum lexicis rhetoricis ab illo excerptis periit. Explicatur quid sit τελετή et τελεῖσθαι, docemur τέλος significare θυσίαν οὗ χρῆσις παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ τέλη ἔγκαρπα et γάμον ὅθεν προτέλεια ὧν χρῆσις μὲν μόνη παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, ἑρμηνεία δὲ παρὰ Παυσανίᾳ εἰπόντι ὅτι προτέλεια ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα, ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρητρα. Pro θέα lege θυσία ut apparet ex Photio i. v. προτέλεια. Consensus Aelii Dionysii et Pausaniae ducit nos ad communem fontem Diogenianum ex quo Hesychius quaedam servavit in voce τέλος et προτέλεια.

VIII. 102. ἀνακῶς· ἀνακῶς ἀντὶ τοῦ προνοητικῶς καὶ φυλακτικῶς.

Ex Pausaniae lexico in Scholia translatum teste Eust. 1425. 60. Παυσανίας δὲ λέγων καὶ αὐτὸς τὸ ἀνακῶς ἀντὶ τοῦ φυλακτῶς (leg. φυλακτικῶς) καὶ προνοητικῶς παρά τε Ἡροδότῳ καὶ Θουκυδίδῃ. Loci Herodotei sunt I. 24. VIII. 109. Marcellinus vita Thuc. § 52. vocabulum poëticum esse contendit. cf. Moeris p. 43. Cobet. Novae Lect. p. 184.

Haec sunt quae e Pausaniae lexico in Scholiis deprehendi. Inter ceteros grammaticos qui nominatim

in Scholiis laudantur, primum videamus quid de Antyllo statuendum sit.

Antyllus quis fuerit, quando et ubi vixerit ignoramus. Suidas i. v. *Ἄντυλλος* nil adnotat nisi *ῥήτορα* fuisse illo nomine, et Marcellinus in vita Thucydidis § 55. de eo his honorificis verbis mentionem iniicit: *ἀξιόπιστος ἀνὴρ μαρτυρῆσαι καὶ ἱστορίαν γνῶναι.* Bis praeterea Marcellinus ei testimonium denuntiat § 22 et 36 quos locos describam, quia nos ducunt ad locum magnificentissimum in Scholiis eidem auctori reddendum. Legitur § 22 *ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξαγόρου ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν φησὶν ὁ Ἄντυλλος καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς, Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, κ. τ. λ.* et § 36 *ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον ὥς φησιν Ἄντυλλος καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ μέντοι καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. μάλιστα δὲ πάντων ὅπερ εἴπομεν ἐζήλωσεν Ὅμηρον καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν καὶ τοῦ κάλλους καὶ τοῦ τάχους.* Ex his locis satis apparet Antyllum fontes vetustissimos adiisse, nam ipse recentior videtur quam qui Gorgiae et Prodici dicendi et scribendi rationem ex eorum operibus cognitam, cum Thucydidis comparare potuerit. Qui vero illi fontes fuerint non liquet sed indicabo quaedam quae indidem petita

sunt. Legitur in Scholiis ad IV. 135. Ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο, εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα, εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξεις ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα, εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Σωκρατικοὺς Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους (τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν) εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν ποιητήν. cf. ad hunc locum Spengel Artium scriptores pag. 52. indicantem quaedam in quibus Thucydides Prodici morem secutus sit. Idem Marcellini locus me movet ut ex Antylli commentariis oriunda esse suspicer quae leguntur ad I. 2. ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη· πρὸ τούτου γὰρ κατὰ μέρος καὶ κατὰ ἔθνη ἐκαλεῖτο. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ὁμοιοκαταλήκτου Γοργίειον καλεῖται et I. 144. γνώμῃ τε πλείονι ἢ τέχνῃ· συνέσει, φρονήσει. ἐπὶ πλέον ἐνταῦθα τῶν ἄλλων ἡ Γοργίειος ἐλήφθη παρίσωσις καί ἐστιν οὐκ ἄχαρις διὰ τὴν ταχεῖαν πλοκὴν τοῦ ὀνόματος (leg. τῶν ὀνομάτων).

Inspiciamus nunc locos, qui in Scholiis apposito Antylli nomine circumferuntur et videamus an grammaticae et linguae graecae tam peritus fuerit, quam eum in historia ἀξιόπιστον fuisse memorat Marcellinus.

Lib. III. 95. ad ἄρας οὖν· leguntur haec: ὁ οὖν σύνδεσμος περιττός ἐστι. πρὸς γὰρ τὸ ἄνω ἐστὶν, ὁ δὲ, τῶν Μεσσηνίων χάριτι πεισθεὶς, ἄρας. ἀλλ' ἐπεὶ διὰ μακροῦ ἀνταπέδωκε διὰ τοῦτο τὸν σύνδεσμον παρ-

ἔλαβεν. Haec Antyllo deberi docet aliud Scholion quod statim sequitur: ὁ οὖν σύνδεσμος εἰ καὶ περιττὸς τῷ Ἀντύλλῳ δοκεῖ, ἐγὼ πάνυ ἀναγκαίως λέγω προςκεῖσθαι αὐτόν. τὴν βουλὴν γὰρ εἰπὼν ἐπήγαγε τὴν πρᾶξιν ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, οὐκοῦν ἐνθυμηθεὶς ἔπραττεν ὅπερ ἐνεθυμήθη.

Inspice locum Thucydidis et statim videbis Antylli sententiam verissimam esse.

IV. 19. Ἄμεινον ἡγούμενοι ἀμφοτέροις· ἡμῖν καὶ ὑμῖν ὡς Ἄντυλλός φησιν ἵνα δοκῶσι Λακεδαιμόνιοι καὶ τοῦ τῶν Ἀθηναίων προνοεῖσθαι συμφέροντος. Recte; sed locus sane non est difficilis ad intelligendum. Fuere tamen qui secus interpretarentur his verbis ἢ ἀμφοτέροις λέγει ἐν ἀμφοτέροις ἢ διαφυγεῖν τοὺς ἄνδρας ἢ ἐκπολιορκηθῆναι nec dubitarent addere ὃ καὶ μᾶλλον εἰκός ἐστιν.

IV. 28. τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι ἐπιχειρεῖν· ἤτοι ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ ἢ μέρος τὸ ἐφ' ἑαυτῶν εἶναι παρέλκει Ἀττικῶς· ἢ ὡς Ἄντυλλος ἐπὶ σφίσι τοῖς στρατηγοῖς δηλονότι.

Sine dubio Antylli sententia unice vera est.

Haec sunt paucissima fragmenta ex Antylli commentariis quae quantum hodie discernere possumus aetatem tulerunt. Non abest a me suspicio quin nonnulla Scholia quae notant ἀνανταπόδοτον vel παρίσωσιν et talia ei debeantur sed quis in talibus ultra suspicionem ausit progredi? Iure dolemus iacturam, nam verisimillimum est in iis inter plu-

rima minoris pretii, etiam multa periisse petita ex illis praestantissimis fontibus e quibus eum supra haurientem vidimus.

Ad Thucydidis verba I. 53. *τῶν δὲ Κερκυραίων·* laudatur ignotus grammaticus nomine Phoebammon. Audiamus eum disputantem: *τῶν δὲ τουτέστι τοῦ ἄλλου μέρους. οὕτω Φοιβάμμων φησίν ἵν᾽ ᾖ τῶν δὲ τὸ μὲν στρατόπεδον τῶν Κερκυραίων, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι.* Explicare conatur his verbis usum particularum *δὲ* et *μέν.* cf. apud Popponem III. 1. 329. virorum doctorum sententias qui recte ut videtur eius sententiam improbaverunt.

I. 56. *ἐπιδημιουργούς·* ὁ *Ἀσκληπιάδης τὴν ἐπὶ πρόθεσιν περιττὴν εἶναι λέγει.*

De hoc loco Lehrsius in libro de Herodiano:

„Sic scilicet haec nunc fere scribuntur. At olim *Ἀσκληπιός* quod in Schol. loco Asclepiadae cessit ex codicibus quibusdam, dein hinc apud Marcellinum. § 57. Sed sive hoc sive illud verum est rhetorem aliquem significari putaverim. Certe qui praeter hunc in Scholiis paullo antiquioribus soli citantur, Antyllus et Phoebammon, rhetores sunt."

Loco Marcellini laudato legitur: *ἰστέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτοῦ οἱ μὲν κατέτεμον εἰς τρεῖς καὶ δέκα ἱστορίας, ἄλλοι δὲ ἄλλως· ὅμως δὲ ἡ πλείστη καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε, τὸ μέχρι τῶν ὀκτὼ διῃρῆσθαι τὴν πραγματείαν ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκληπιός.* Ad hunc locum cf. Schmidtium Didymi Fragmenta

p. 333, qui Marcellini Thucydidis vitam maximam partem ex Asclepio sive Asclepiade sophista compilatam esse contendit.

Ultimo hoc capite scholia percurram, et si quid observaro quod adhuc virorum doctorum qui in iis elaborarunt aciem fugerit, adnotabo. Addam emendationes quae absconditae in „Adnotationibus ad Scholia" in editione Popponiana nondum in textum receptae sunt.

Lib. I. 1. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος· πάντως μέμνηται τοῦ οἰκείου ὀνόματος κατ᾽ ἀρχὰς ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν τῶν ὁμωνύμων ἐν τοῖς ἔτεσιν.

Hoc Scholion mihi duobus mendis laborare videtur quorum alterum variis modis sanare conati sunt viri docti. Ultimum verbum ἔτεσιν sanum sensum non praebet; Poppo coniecit ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, Kruegerus ἐν τοῖς ἐκτός. Ego malim ἐν τοῖς Ἕλλησιν. Simul pro πάντως legendum censeo παντός.

I. 1. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος· ἅμα μὲν τῆς αὐτῆς αἰτίας ἕνεκεν, ἅμα δὲ καὶ τοῦ μὴ ἕτερόν τινα τὸ αὐτοῦ σφετερίσασθαι σύνταγμα.

In his Poppo pro τῆς αὐτῆς αἰτίας ἕνεκεν emendavit ταύτης τῆς αἰτίας ἕνεκεν.

I. 2. ἀναγκαίου· Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἀναγκαίας. Verum est si ita accipias ut apud solos Atticos ὁ ἡ ἀναγκαῖος in usu fuisse putes.

I. 3. *Δευκαλίωνος*· *Ἑκαταῖος ἱστορεῖ ὅτι Δευκαλίων τρεῖς παῖδας ἔσχε Πρόνοον Ὀρεσθέα καὶ Μαραθώνιον, Προνόου δὲ τὸν Ἕλληνά φησι γενέσθαι.*

Hecataei antiquissimi historici fragmentum, quod invenies apud Mülleros Historicorum Graecorum fragmenta in Praefat. pag. XVI, inserendum post fragm. 333. Cf. fragmenta quae notantur num. 334 et 341.

I. 5. *ἐν τῇ ἠπείρῳ*· *ἤπειρος τριχῶς λέγεται. ἡ πᾶσα γῆ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς θαλάσσης, ἡ Ἀσία κατ' ἐξοχὴν καὶ μέρος τι τῆς .... Κεφαλληνίας.*

Evers de Prooemio Thucydidis p. 36. lacunam sic explendam censet: *τῆς γῆς κατεναντίον* (*καταντικρὺ, ἀντιπέρας*) *Κεφαλληνίας*. Cf. Bast. ad Greg. Corinth. pag. 280.

I. 6. *λίπα. τὸ λίπα Ὅμηρος ἐπιθετικῶς λέγει τὸ ἔλαιον οὗτος δὲ ὄντως αὐτὸ ὀνομάζει.*

Id est: Homerus hoc vocabulo pro substantivo utitur, noster pro adiectivo. Non sine exceptione verum est quod Scholiasta adnotat; nam licet Homerus *λίπα* cum voce *ἔλαιον* coniungere soleat, tamen interdum separatim legitur, e. g. Odyss. Z. 227. *αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα λοέσσατο καὶ λίπ' ἄλειψεν.* cf. Buttmann Ausführl. Gramm. I. 229. Eust. ad Odyss. Z. 251.

Ibid. *οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται*· *ἀπὸ Ὀρσίππου Μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἐς αὐτὸν ἐπίγραμμα.*

Ὀρσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῆδ' ἀρίδηλον
μνῆμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι
πρῶτος δ' Ἑλλήνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
γυμνὸς, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.

ἰστέον ὅτι περὶ τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ἀσθένειαν τῶν ἀρχαίων παραδίδωσιν (ἀδιάφορον γὰρ τὸ γυμνοὺς ἢ ἐζωσμένους ἀγωνίζεσθαι πρὸς δύναμιν) ἀλλὰ μόνον ὅτι ὁμοίως διητῶντο τοῖς βαρβάροις. τὸ δὲ ἑξῆς. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς οἷς νῦν πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται.

Cf. de hoc epigrammate Adnot. ad Scholia. In fine legendum: ἔστιν ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις κ.τ.λ.

I. 7. πρόςοικος· τὸ πρόςοικος ἐπὶ πόλεως οἰκειότερον μᾶλλον τοῦ ὅμορος. ἐπὶ γὰρ ὅρων τοῦτο λαμβάνεται.

Suidas qui haec descripsit omisit ἐπὶ πόλεως quae ex Scholiasta supplenda sunt, nam deesse non possunt.

I. 9. τὴν ἐπωνυμίαν· Ἀπία γὰρ τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο. Ὅμηρος (H. I. 270). Τηλόθεν ἐξ Ἀπίης γαίης. Πελοπόννησος γὰρ νῦν καλεῖται.

Cf. Eust. 102. 40. Leguntur ἐν τοῖς εἰς τὸν Περιηγητήν.

I. 12. ἐκπίπτοντες τὰς πόλεις ἔκτιζον.

Sumta sunt haec sine dubio ex doctissimo commentario unde etiam manarunt quae infra ad ὀγδοηκοστῷ ἔτει ξὺν Ἡρακλείδαις leguntur. Nemo offendatur verbis ἡ δὲ πρώτη εἰςβολὴ πρὸ ἐτῶν

εἴκοσιν ἦν nam sic loqui solent seri Graecorum nepotes.

Ibidem ἀποικίας ἐξέπεμψε· ἀποικίσαι ἐστὶ κτίσαι πόλιν ἐπ' ἐρήμην.

Emenda ex Suida ἐν ἐρήμῳ, quod iam Dukerus monuit.

I. 18. διασταῖεν· διανεχθεῖεν, στασιάζοιεν πρὸς ἀλλήλους.

Leg. διενεχθεῖεν.

I. 20. περὶ τὸ Λεωκόριον· ἐλίμωξέ ποτε ἡ Ἀττικὴ καὶ λύσις ἦν τῶν δεινῶν παίδων σφαγή. Λεὼς οὖν τις τὰς ἑαυτοῦ κόρας ἐπιδέδωκε (leg. ἐπέδωκε) καὶ ἀπήλλαξε τοῦ λιμοῦ τὴν πόλιν. καὶ τούτων ἱερὸν ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ τὸ καλούμενον Λεωκόριον.

Photius i. v. Λεωκόριον: ἱερὸν Ἀθήνησι· τοῦ δὲ Λεὼ θυγατέρες ἐγένοντο τρεῖς· Φρασιθέα, Θεόπη, Εὐβούλη, αἳ παρθένοι ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐσφαγιάσθησαν κατὰ χρησμόν, ἑκόντος τοῦ πατρὸς ἐπιδόντος· ὁ δὲ Λεὼς υἱὸς ἦν Ὀρφέως οὗ ἐπώνυμος καὶ ἡ Λεοντὶς φυλή. et rursus Λεωκόριον ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ ἡρῷον· Λεὼς γὰρ ὁ Ὀρφέως υἱὸν μὲν ἔσχε Κύλανθον, θυγατέρας δὲ τρεῖς Φρασιθέαν· Θεόπην Εὐβούλην, ἃς ὑπὲρ τῆς χώρας σφαγιασθείσας ἔτι παρθένους ἐτίμησαν Ἀθηναῖοι τῷ ἡρῴῳ. Sine dubio haec omnia et scholion et Photii glossa duplex ex eodem fonte manarunt quem Naberus suspicatur fuisse Phanodemi Ἀτθίδα, ob Harpocrationis locum: τὸ δὲ Λεωκόριον εἶναί φησι Φανόδημος ἐν θ' Ἀτθίδος ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ.

Excerpta servaverunt E. M. et Bekk. Anecd. 277. 13.

I. 24. κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον· ὁ παλαιὸς νόμος οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλει ἀλλ' ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, τουτέστι τῆς πατρίδος.

Ex absurdissimis quae in Scholiis leguntur; ita enim scholiasta verba Thucydidis accepit tamquam diceret ex antiquo more homines cognomen habuisse non a gente ex qua originem ducerent sed ex patriae nomine.

Ibid. Ἐπίδαμνος· ἡ νῦν Δυῤῥάχιον καλεῖται, ἥντινα παραγραμματίζοντες Δοράκιον καλοῦσι.

Emenda pro ἥντινα: ἥν τινες.

I. 27. Παλῆς Κεφαλλήνων· Παλῆς ὡς Μεγαρῆς. πόλις δὲ ἡ Πάλη τῆς Κεφαλληνίας. τετράπολις γάρ ἐστι ἡ Κεφαλληνία. Πάλη Κράναια Σάμαια Πρώναια.

Cf. Thuc. II. 30. Strabo 391. 29. Eust. 307. 38. Harum urbium nomina satis incerta sunt, Thuc. II. 30 eas vocat: Παλῆς Κράνιοι Σαμαῖοι Προνναῖοι ex incolarum nomine, Strabo Σάμος aut Σάμη Παλεῖς Πρώνησος καὶ Κράνιοι.

I. 30. ἐπίνειον· ἐπίνειόν ἐστι πόλισμα παραθαλάσσιον ἔνθα τὰ νεώρια τῶν πόλεων εἰσὶν, ὥσπερ ὁ Πειραιεὺς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ Νίσαια τῆς Μεγαρίδος· δύνασαι δὲ ἐπὶ παντὸς ἐμπορίου καὶ παραθαλασσίου χρήσασθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ κατάβολον λέγουσι.

Expunge καὶ inter ἐμπορίου et παραθαλασσίου. Quae

leguntur in fine confirmat E. ab. M. ἔμπορος ὁ πραγματευτὴς καὶ ὁ τόπος αὐτὸς ἐμπόριον λέγεται ὁ κατάβολος. Conferantur hic quae Scholiasta adnotat de hoc verbo ad II. 84. ἐπίνειον καλεῖται πᾶν ἐμπόριον ἢ παρὰ τὸ ἐπινήχεσθαι αὐτὸ τῇ θαλάσσῃ ἢ παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὰς ὁλκάδας νήχεσθαι ἢ ὀκέλλειν. Vides etymologiam; a verbo νέω scilicet originem ducere videtur scholiastae.

I. 32. σαφὲς καταστήσουσιν· ἀποδείξουσιν. τουτέστιν εἰ τοιαῦτα ἀποδείξουσιν ἑαυτοὺς ζητοῦντας ἐπιτυχεῖν εἶεν ἂν ἄξιοι, εἰ δὲ μὴ ἀποτυγχάνειν. δεικνύουσι δ' ἑαυτοὺς ἔχοντας μᾶλλον ταῦτα καὶ δικαίως ἐπιτυχεῖν ὧν δέονται.

Post δικαίως inserendum ἄν, quod iam Stephanus vidit.

I. 33. μαρτύριον· τὸ μαρτύριον οὐδετέρως μόνος ὁ Θουκυδίδης λέγει.

Lege μόνον et intellige μαρτυρία a Thucydide non usurpari sed tantum μαρτύριον. cf. Thom. Mag. ed. Ritschl. p. 238.

Ibid. ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων· ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω.

Demosthenis verba esse ex initio Olynthiacae I. sumta, vidit Cobetus Mnem. XI. 359.

I. 36. τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ·

Quae ad haec verba observantur tripartito sunt dividenda, nam tres diversae adnotationes in unam

coaluerunt quas infra ponam, sicut mihi seiungendae videntur.

I. τὸ μὲν λῦσαι τὰς σπονδὰς δεδιὸς ὂν φοβερὸν ἦν τοῖς Λάκωσι· τὸ δὲ μὴ λῦσαι, θαρσοῦν ἀδεέστερον ἦν τοῖς αὐτοῖς.

II. τὸ λῦσαι τὰς σπονδὰς τοῦτο τὸ φόβον ἐμποιοῦν, τοῦτο οὖν τὸ κατάφοβον, ἰσχὺν ἔχει, ἡμῶν ἐν συμμαχίᾳ προςλαμβανομένων· τὸ δὲ θαρσοῦν καὶ εὔελπι, τὸ μὴ ἡμᾶς προςδέξασθαι ἀσθενὲς ὂν (leg. ἐστι) πρὸς γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν καὶ ἰσχύοντας τοῦτο ἀδεέστερον ἔσται.

III. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι μὴ δεδιότες τὴν τῶν σπονδῶν λύσιν οὐκ ἂν δηλονότι ἐδέξαντο τοὺς Κερκυραίους καὶ τὴν ἀπὸ αὐτῶν δύναμιν. καὶ δῆλον ὅτι τὸ δεδιὸς τοῦτο ἰσχὺν ἔφερε τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ τῶν Κερκυραίων, φόβον δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις. θαρσήσαντες δὲ ταῖς σπονδαῖς καὶ ἀπωσάμενοι τοὺς Κερκυραίους ἀσθενὲς ἦν τὸ θάρσος τοῦτο, ζημιουμένοις τὴν ἐκ τῆς Κερκύρας βοήθειαν. τοῖς δὲ πολεμίοις αὐτῶν Πελοποννησίοις ἀσφαλὲς καὶ ἀδεέστερον.

Dele in initio μή.

I. 37. αὐτάρκη θέσιν κειμένη· Quae in fine leguntur αὐτάρκης ἐστὶ τῆς προαιρέσεως καὶ κακίας αὐτῶν πρὸς τὸ λῃστεύειν vitio laborant. Stephanus emendare conatus est, pro genetivo dativum reponens.

I. 38. ἐκπεμφθείησαν· ὑφ' ἡμῶν δηλονότι.

Non adscripta sunt haec ad ἐκπεμφθείησαν sed ad verba ἐπὶ τῷ κακῶς πάσχειν.

I. 39. *ἥν γε οὐ·*

In fine lege ex Stephani coniectura *τῷ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς καὶ ἰσχυροῦ προκαλουμένῳ* pro *τὸν ἐκ τοῦ ἀσφ. καὶ ἰσχ. προκαλούμενον.*

